Iona 1. & illic prædicare, quòd imperium illud periturum esset, non ausus est hoc facere: sed putans se posse Deum effugere, conscenso apud Ioppē nauigio petebat Tarsum Ciliciæ: exorta autem vehementi tempestate, ita vt periculum esset ne nauis mergeretur, gubernator & nautæ, atque ipse etiam nauclerus vota pro incolumitate faciebant: Ionas verò solus operto capite iacebat, nihil quemadmodum alij faciens. cúmq. turbantibus procellis fluctus magis ac magis crescerent, suspicati aliquem è vectoribus esse in causa, decreuerunt sortitò quærere quisnam ille sit. quo facto, sors prophetæ obtigit. percontantibus quisnam esset, vel quid haberet negotij, ait se Hebræum esse, & prophetam Dei maximi, consuluitque vt ipsum in mare iacerent, si vellent præsens periculum euadere: se enim esse propter quem tempestas sæuiat. At illi primùm quidem non audebant hoc facere, impium facinus ducentes, hominem hospitem, qui vitam suæ fidei concredidisset, in tam manifestum exitium mittere. tandem vrgente periculo & nauim tantùm non mergente, partim prophetæ autoritate, partim suopte metu compulsi, in mare eum proiiciunt. Et tēpestas quidem sedata est, Ionam autem ferunt à ceto deuoratum post triduum in Euxinum pontum reuomitum, viuum & toto corpore illæsum. vbi impetrata à Deo erratorum venia, ad Nini vrbem pro fectus est, & cùm in loco vnde exaudiri poterat constitisset, prædicauit quòd paulo pòst amissuri essent imperium Asię: & cum hoc
4.*Reg.* 14. 15. dicto abiit. Hęc de eo sic retulimus, vt inuenimus in commentariis. Hieroboamus autē exactis feliciter in suo principatu XL. annis mortuus apud Samariam sepelitur, Zacharia filio successore. Ozias itē successit Amasię anno regni Hieroboami decimoquarto, & apud Hierosolyma duabus tribubus præfuit, natus ma-

Κεφάλαιον ια'.

Ως ὀζίας τὰ πλείω ἔθνη ὑχειρώσατο.

Ια' Διάδοχος δὲ αὐτὸν ὁ παῖς ὀζίας τοὔνομα, πεντεA καιδεκάτῳ ἔτει τῆ ἀμασίου βασιλείας ἐβασίλευσε τῆς ἰσραηλιτῶν ἰωάσου υἱὸς ἱεροβόαμος ἐν σαμαρείᾳ ἔτη τεσσαράκοντα· οὗτος ὁ βασιλεὺς, τὰ μὲν εἰς τὸν θεὸν ὑβριστὴς καὶ παρανόμως διακεῖσθαι ἐζήλωτο, εἰδώλοις τε σεβόμενος, καὶ πολλοῖς ἀτόποις ξένοις ἐγκλήμασιν ἔργοις, τῷ λαῷ τῷ ἰσραηλιτῶν, μυρίων κακῶν αἴτιος ὑπῆρξε. τούτῳ προεφήτευσέ τις ἰωνᾶς, ὡς δεῖ πολεμήσαντα τοῖς σύροις αὐτὸν κρατῆσαι τῶν ἐκείνων δυνάμεως, καὶ πλατῦναι τὴν αὐτοῦ βασιλείαν, τοῖς μὲν κατὰ τὴν ἄρκτον μέρεσιν, ἕως ἀμάθου πόλεως, τοῖς δὲ κατὰ τὴν μεσημβρίαν, ἕως τῆς ἀσφαλτίτιδος λίμνης. τὸ γὰρ ἀρχαῖον οἱ ὅροι τῆς χαναναίας ἦσαν, καθὼς ὁ στρατηγὸς ἰησοῦς ὡρίσατο. στρατεύσας οὖν ὅπλοις ὁ ἱεροβόαμος, καταστρέφεται πᾶσαν αὐτῷ τὴν χώραν ὡς προεφήτευσεν ἰωνᾶς. ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην, τὴν ἀκρίβειαν τῆς προαγμάτων ἀδιαφόρως ὑπομνήσαι, ὅσα καὶ περὶ τὸ προφήτου τούτου εὗρον ἐν ταῖς ἑβραϊκαῖς βίβλοις ἀναγεγραμμένα, διεξελθεῖν. καλὸν γὰρ ἔδοξε τοῦτο τῷ θεῷ, προδιδάξαι μὲν εἰς τὴν νίνευ βασιλείαν, κηρύξαι δὲ ἐκεῖ γνώμονα ἐν τῇ πόλει, ὅτι τὴν ἀρχὴν ἀπολεῖσα, διώσας οὐκ ἀπῆλθεν, ἀλλ' ἀποδιδράσκει τὸν θεὸν, εἰς ἰόπην πόλιν, καὶ πλοῖον εὑρὼν ἐμβαίνει, εἰς ταρσὸν ἔπλει τῆς κιλικίας. ἐπιγνωμονοῦσι δὲ χειμῶνος σφοδροτάτου καὶ κατανυδύοντος καταδύναι τὸ σκάφος, οἱ μὲν ναῦται καὶ ὁ κυB βερνήτης, καὶ αὐτὸς ὁ ναύκληρος, δείσαντες ἐποιοῦντο χαλεπώτερον εἰ διαφύγοιεν τὴν θάλασσαν. ὁ δὲ ἰωνᾶς συγκαλύψας αὐτὸν ἐβέβλητο, μηδὲν ὢν τοῖς ἄλλοις εὐφρὲς ποιοῦντας, μιμούμενος. αὐξόντος δὲ ἐπὶ μᾶλλον τοῦ κλύδωνος, καὶ βιαιοτέρας γνωμούσης ὑπὸ τῆς πνοῆς τὸ θαλάσσης, ὑπονοήσαντες ὡς ἐνδήλωταί τινα τῆς ἐμπλεόντων ἄγνοιαν αὐτοῖς ἐπὶ τῷ χειμῶνος, σταθέντες κλῆρον, τοῦτον ὃς τις ποτ' εἴη μαθεῖν. κληρωσαμένων οὖν C ὁ προφήτης λαγχάνει. πυνθανομένων τὸ πόθεν τὸ ἔθνος καὶ τί μετέρχεται, τὸ μὲν γένος ἔλεγε, ἑβραῖος εἶη, προφήτης δὲ τοῦ μεγάλου θεοῦ. συνεβούλευσεν οὖν αὐτοῖς εἰ θέλουσιν ἀποδρᾶσαι τὸν παρόντα κίνδυνον, ἐκβάλλειν αὐτὸν εἰς τὸ πέλαγος, ἄγνων γὰρ αἰτίαν εἶη τοῦ χειμῶνος. οἱ δὲ, τὸ μὲν πρῶτον ἐκ τῶν πάλαι κείνοντες ἀσέβημα εἶη ξένον ἀθρόον καὶ πεπιστευκότα αὐτοῖς τὸ ζῆν, εἰς φανερὰν οὕτως ἀπώλειαν ἐκβάλλειν. τελευταῖον δὲ ὑποβιαζομένου τοῦ κακοῦ, καὶ ὅσον οὔπω μέλλοντος βαπτίζεσθαι τοῦ σκάφους, ὑπὸ τοῦ τε προφήτου παρορμηθέντες, καὶ ὑπὸ τοῦ θείου τοῦ περὶ σωτηρίας, ῥίπτουσιν αὐτὸν εἰς τὸν θάλασσαν. καὶ ὁ μὲν χειμὼν ἐστάλη. τὸν δὲ, λόγος ὑπὸ τοῦ κήτους καταποθέντα ἓξ ἡμέρας καὶ τοσαύτας νύκτας, εἰς τὸν εὔξεινον ἐκβεβλῆσθαι πόντον, ζῶντα καὶ μηδὲν τοῦ σώματος λελωβημένον. ἐνθα τοῦ θεοῦ λιτάς, συγγνώμην αὐτῷ παρασχεῖν τῆς ἡμαρτημένων, ἀπῆλθεν εἰς τὴν νινευΐτου πόλιν. καὶ σαθεὶς ἐπὶ τεσD σαράκοντα ἡμέρας, ὡς μετ' ὀλίγον πάλιν ἀποβαλοῦσι τὴν ἀρχὴν τῆς ἀσίας, καὶ ταῦτα δηλώσας ὑπέστρεψε. διεξ-

ἤλθον δὲ τὴν πρὸς αὐτοῦ δήλωσιν, ὡς εὗρον ἀναγεγραμμένα. ἱεροβόαμος δὲ ὁ βασιλεὺς, μετὰ πόσης δαιμονίας τὸν βίον διήγαγεν. καὶ ἄρξας ἔτη τεσσαράκοντα, ἐτελεύτησε. Θάπτεται μὲν ἐν σαμαρείᾳ διαδέχεται δὲ αὐτὸν τὴν βασιλείαν, ὁ υἱὸς ζαχαρίας. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ὀζίας ὁ τοῦ ἀμασίου υἱὸς, ἔτος ἤδη τέταρτον πρὸς τοῖς δέκα βασιλεύοντος ἱεροβόαμου, τῆς δύο φυλῆς ἐβασίλευσεν ἐν ἱεροσολύμοις,

μητρὸς

μητρὸς ὢν, ἀχαΐας μὲν τοὔνομα, ἀπὸ ης ἦ τὸ γένος. ἀγαθὸς A
δὲ λίαν καὶ δίκαιος τὴν φύσιν, καὶ μεγαλόφρων, καὶ προ-
νοῆσαι τῶν πραγμάτων φιλοπονώτατος. στρατεύσαμε-
νος ἦ καὶ ἐπὶ παλαιστινοὺς, νικήσας μάχῃ, πόλεις αὐτῶν
ἔλαβε καὶ κράτος, ἰτὰν καὶ ἀμνίαν, καὶ κατέσκαψεν αὐ-
τῶν τὰ τείχη. μετὰ ἦ ταῦτα τὴν στρατίαν ἐπῆλθε τοῖς
τῆ αἰγύπτῳ γειτνιῶσιν ἀραψί. καὶ πόλιν κτίσας ἐπὶ τ
ἐρυθρᾶς θαλάσσης, κατέσησεν αὐτῆ φρουράν. ἔπειτα
τοὺς ἀμμανίτας καταστρεψάμενος, καὶ φόρους αὐτοῖς ὑ- B
είσας τελεῖν, καὶ πάντα μέχρι τῆ αἰγυπτίων ὅρων χω-
ρησάμενος, τῆ ἱεροσολύμων ἤρξατο πρεπόντως τὸ λοι-
πὸν τὴν ἐπιμέλειαν. ὅσα γὲ τῆ τειχῶν, ἃ ὑπὸ τ χρόνου
κατεβέβληντο, ἃ ὑπὸ τῶν ὀλιγωρίας τῆ πρὸ αὐτῦ βα-
σιλέων, ταῦτα τε ἀνῳκοδόμει καὶ κατεσκεύαζεν, ὅσα τε
λίθῳ κατεπαμμύα, ὑπὸ ἦ τῆ ἰσραηλιτῆ βασιλέως
ὅτε τὸν πατέρα αὐτ λαβὼν αἰχμάλωτον τὸν ἀμασίαν
εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν. πρόσοικοδόμησε ἦ καὶ πύργους
πολλοὺς πεντήκοντα πηχῶν καὶ ἑκατόν. καὶ φρουρὰς δὲ C
ἐπέστησε τοῖς ἐρήμοις χωρίοις. καὶ πολλοὺς ὀχετοὺς ὤ-
ρυξεν ὑδάτων. λίθῳ δὲ αὐτῷ ℂ ὑποζυγίων καὶ τῆ ἄλλων
θρεμμάτων ἄπειρόν τ πλῆθος. ἄρουρις γὲ λίθῳ ἡ χώρα
πρὸς νομάς. γεωργικὸς δὲ ὢν σφόδρα τῆς γῆς ἐπεμε-
λεῖτο, φυτοῖς αὐτὴν καὶ παντοδαποῖς πιθανῶν ἀπέρμα-
σι. στρατιᾶς δὲ εἶχεν ἐπιλέκτου περὶ αὐτὸν μυριάδας
ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα. ἧς ἡγεμόνες ἦσαν καὶ ταξίαρχοι καὶ
χιλίαρχοι γενναῖοι καὶ τῶ ἀλλῶ αὐτοπόστατοι, τὸν ἀριθ-
μὸν δισχίλιοι. διέταξε δὲ εἰς φάλαγγα τὸν ὅλον στρα-
τιὰν καὶ ὡπλισε, ῥομφαίαις δοὺς ἐκάστῳ, καὶ θυρεοὺς καὶ D
θώρακας χαλκοῦς, καὶ τόξα καὶ σφενδόνας. ἔτι ἦ καὶ
πρὸς τούτοις μηχανήματα πολλὰ πρὸς πολιορκίας
κατεσκεύασε. πετροβόλα τε καὶ δορυβόλα καὶ ἁρπαγὰς, καὶ
ὅσα τούτοις ὅμοια. γυμνάζων δὲ ἐν ταύτῃ τῇ συντά-
ξει καὶ ἀσκήσει, διεφθάρη τῶ διάνοιαν ὑπὸ τ τύφου,
καὶ χαυνωθεὶς θνητῇ πρεπούσῃ τῆς ἀθανάτου καὶ πρὸς
ἅπαντα δυσκόλως τὸν χρόνον ἰσχύος ὠλιγώρησεν. αὐτῆ δὲ
τῶ ἦ πρὸς τὸν θεὸν ἀσέβεια, καὶ τὸ πρέπειν τὰ νόμιμα. E
ὠλιγώθη δ' ὑπ' ἀφροσύνης, καὶ κατῆλθε φρὸς τὰ ἦ
παίζοις ἀνθρώπινα. φρὸς ἃ κἀκεῖνον ἡ τῆ ἀγαθῶν
λαμπρότης καὶ τὸ μέγεθος τῆ πραγμάτων, οὐ δυνη-
θέντα φρόνιμον καλῶς αὐτῆ ἤνεγκε. εἰστάσης δ' ἡ-
μέρας ἑορτίσιμου, ℂ πάνδημον ἑορτὴν ἐχούσης, ἐνδὺς ἱε-
ρατικῶ στολῶ, εἰσῆλθεν εἰς τὸ θέμενος ὑπερθυσιάσειν
ὅπ ἦ χρυσῦ βωμοῦ τῆ θεᾶ. ἦ δ' ἀρχιερέως ἀζαρίου,
ὄντων σὺν αὐτῷ ἱερέων ὀγδοήκοντα, κωλύοντος αὐτὸν ἐ
πὶ τὸν ἔξω ὑπερθύειν ἔπορον. μόνοις δ' ἐρεῖσθαι ἦ τὸ ποιεῖν
τοῖς ἐκ ἦ ἀαρὼν γένους. καταβοήσαντος δ' ἔξω τε F
μὴ παρανομεῖν εἰς τὸν θεὸν ὀργισθείς, ἐπέλησε· αὐτοῖς
θάνατον, εἰμὴ τῶ ἡσυχάσαι ἄξουσι. μετὰ ξὺ ἦ, σεισμὸς
ἐκλόνησε τῶ γῶ μέγας. καὶ διαστάντος ἦ ναοῦ, φῶς
ἡλίου λαμπρὸν ἐξέλαμψε, καὶ τῆ ἦ βασιλέως ὄψι προ-
έπεσεν. ὡς τε μὲν δύεσθαι λέπραν ὑπεράνω, πρὸ ἦ
τ πόλεως, πρὸς τῆ καλουμένῃ ἐφόρῃ ἦ ὄρους ὑπορρα-
γέντος τὸ ἥμισυ τοῦ κῆ τῶ δυσμῶν, καὶ κυλισθὲν τέσ-
σαρας σταδίους ὑπὸ τὸ ἀνατολικὸν ὄρος στῆσαι ὡς πρὸς G
τὰ παρόδους ἐμφράξαι, καὶ τοὺς βασιλικοὺς τοὺς
βασιλικοὺς. ἐπὶ ἦ καταλημφθέντι τῶ ὀφθῆναι τοῦ βα-

tre Achia, ciue & ipsa Hierosolymitana. Hic erat natura bonus ac iustus, & magnanimus, prouidendisque rebus solers & industrius. is susceptа expeditione in Palæstinos, prælio victor vrbes eorum vi cepit, Gittam & Iamniam & earum mœnia diruit. alia deinde expeditione duxit in Arabas Ægypto vicinos: & condita vrbe ad mare rubrum, præsidium in ea posuit. post hæc Ammanitis subactis, tributóque genti præfinito, & omnibus locis vsque ad Ægypti terminos in potestatem suam redactis, in posterum ad curam vrbis se contulit. quicquid enim mœnium vel vetustate labefactum erat, vel superiorum regum incuria, totum instaurauit: atque eam etiam partem, quam Israelitarum rex Amasia patre huius capto diruerat, quando vrbem victor ingressus est. his addidit non paucos turres cētum quinquaginta cubitorum altitudinis & arces aliquot in locis minus frequentatis ad tutelā dispositit: aquæ ductus quoque non paucos extruxit. habuit etiam iumentorum aliarumque pecudum infinitam penè multitudinem, quòd regio esset apta pascuis, cúmque admodum esset agriculturæ studiosus, terram variis arborum cæterarúmque plantarū generibus excoluit. habuit præterea selectorum militū trecenta septuaginta millia, quibus præerant centuriones ac tribuni viri generosi & inuicto robore prædiri ad duo millia numero: edocuitque exercitum phalangis ordinē struere in aciem, & arma singulis distribuit, gladios, clypeos, & thoraces æreos, arcus etiam & fundas. præterea machinas fecit multas ad expugnanda oppida, quibus vel saxa vel tela emitteret, harpagones quoque & alia instrumenta his similia. Dúmque in his studiis & paratib⁹ versatur, corruptus est arrogantia, & inflatus mortali potentia, immortalem illam ac sempiternā cœpit non magnificere, nec religionis nec pietatis admodum obseruās, ita vt ad paternā impietatē videretur procliuior, ad quā & ille prolapsus fuerat, quòd fortunę fauorē & perpetuos successus in rebus maximis moderatè ferre nesciret. Et cùm venisset solennis festi celebritas, sumpto sacerdotali habitu, ingressus templū ad aureum altare Deo suffitum facturus astitit. Ac currit cò mox Azarias pontifex octoginta sacerdotum globo stipatus, & regē cōpescuit, vociferans ac negās hoc illi fas esse, sed solis sacerdotib⁹ datū suffire, qui sint ex Aaronis genere. iubebátque vt exiret, & Deū talibus factis prouocare ad iram desineret. Tū rex cómotus mortem illis ni quiescerēt minatus est: & ecce tibi terra vehementer concutitur, fillō que supernè templo radius solis os regis improbū ferit, quod eucstigio lepra cōtractum est. accessit huic & aliud prodigium, quòd eodem terræmotu ante vrbem in loco qui dicitur Eroge, dimidiū mōtis ad Occidentē vergētis reuulsū, per quatuor stadia volutū, obiectu demū Orientalis mōtis cō stitit, obstructa via publica, & oppressis ruina hortis regiis. Sacerdotes verò postquā in facie regis lepra animaduerterūt, diuinitus inflictā ei plagā indicauerūt, & vt tāquā pollutus & im-

σιλέως ὑπὸ τῆς λέπρας εἶδον οἱ ἱερεῖς, ἔφραζόν τε αὐτῷ τὸ συμφορὰν, καὶ σκήλευον ἐξείναι τῆς πόλεως,
ὡς ἀναγὴ ὁ δὲ ὑπ' αἰσχύνης ἦ συμβεβηκότος δεινοῦ κῆ ἦ μηκέτ' αὐτῷ παῤῥησίαν ἔχ), τὸ κελευόμενον ἐποίει,

puratus vrbe cederet admonuerunt. at ille pudore calamitatis iam modestior,paruit, ſuperbiæ cum impietate coniunctæ tam miſerabili pœna mulctatus. & cùm aliquandiu priuatus extra vrbem vixiſſet, filio Iothamo rempub. adminiſtrante,mœrore tandem cõfectus obiit anno ætatis ſexageſimo octauo,regni quinqua geſimo ſecundo, ſepultúſque eſt in ſuis hortis in monumento ſolitario. Iſraelitarum autẽ rex Zacharias Hieroboami filius vix ſexto regni menſe exacto,ab vno è ſuis purpuratis per dolum occiditur. Seleſmus is fuit Iabeſſi filius, qui occupata vacua Zachariæ cæde regia,trigeſima pòſt die malè partum regnum malè perdidit.Manaemus enim dux exercitus, qui per id tempus apud Thapſam vrbem erat,audito Zachariæ caſu,cum omnibuscopiis properè venit Samariam,& prælio victum Seleſmum interfecit:dein autoritate propria ſumptis regni inſignibus,Thapſam cum exercitu victore profectus eſt. oppidani verò obſtrmatis portis noluerunt regem admittere.at ille vt in defectores ſæuiens totum circumquaque agrum vaſtauit,& poſtremò vrbẽ quoque vi cepit:& quòd eſſet Thapſenſibus infenſus,omnes ferro confecit,ne teneræ quidem ætati parcens, & nihil ſibi ad extremam crudelitatẽ reliquum faciens. quę enim ne in barbaros quidem deuictos perpetrare fas fuerit,ea in ſui generis homines ſibi permittit.nec mitior fuit poſtea toto decẽnio quo Iſraelitis præfuit.petitus deinde bello ab Aſſyriorum rege Phullo,non auſus eſt cum eo in certamen deſcendere,ſed pactus millia talẽtis argenti,maturè ſe ab ea vexatione redemit. hãc ſummam Manaemo populus contulit. exactis L.drachmis in ſingula capita. Nec multò pòſt mortuus,Samariæ ſepultus eſt,Phaceia regni hærede relicto.is patri crudelitate perſimilis,duobus tantùm annis regnauit:quibus exactis in conuiuio cum amicis trucidatus eſt,inſidiis Phaceiæ tribuni,qui Romeliæ fuit filius. obtinuit aut hic Phaceias principatum annis XX.dubium impius magis an iniuſtus.Huius tẽpore Theglaphalaſſar Aſſyriorum rex Iſraelitas aggreſſus,ſubacta Galadica regione , & quicquid trans Iordanem colitur , vicináque Galilæa,& Cydida,& Aſora,colonos abſtractos in ſuum regnum traduxit,de quo hoc loco hactenus. Porrò Iothamus Oziæ filius regnauit in tribu Iuda & Hieroſolymorũ regia, natus matre vrbani generis nomine Ieraſa. Huic regi nulla virtus defuit,erga Deum pio , iuſto erga homines,& reipub.ſtudioſo.quicquid enim in ſtauratione opus habebat,ailigenter ſartiẽdum curauit,an templo veſtibulum refecit & porticus-mœnium partem labantẽ reſtituit, & additis magnis ac firmis turrib° communiuit.Ammanitas etiã prælio deuictos tributa pendere coegit,annua talẽta cẽtu & tritici coros decies mille,& totidẽ hordei.In tãtúmque regnũ auxit,vtrã domi felix eſſet,quã foris formidabilis.

A τῆς γὰρ αὐθεφπον ἀγνοίας καὶ τῆς ἀφ' ταῦτ' εἰς τὸ θεὸν ἀσεβείας ταλαίπωρον οὔτω καὶ οἰκτρὰ ὑπομίνας δίκην. καὶ χρόνον μὲν τινα διῆγεν ἔξω τῆς πόλεως, ἰδιώτην ἀποζῶν βίον, τῦ παιδὸς αὐτῦ Ἰωθάμου τὴν ἀρχὴν διαδεξάντος, ἔπειτα ὑπὸ λύπης καὶ ἀθυμίας ἀπέθανεν, ἔτη βιώσας ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα. τούτων ὁ βασιλεύσας πεντήκοντα δύο. ἐκηδεύθη δὲ μόνος, ἐν τοῖς ἑαυτῦ κήποις. ὁ δὲ τὸν Ἱεροβοάμου παῖς Ζαχαρίας

B ἓξ μῆνας βασιλεύσας τὴν Ἰσραηλίτων, δολοφονηθεὶς ἀπόθανεν ὑπὸ δίλου τινὸς, σελήσμου μὲν ὀνόματι, Ἰαβησαν δὲ πατρός. ὃς, καὶ τὴν βασιλείαν μετ' αὐτὸν διαδεξάμενος, οὐ πλείονα χρόνον ἡμερῶν αὐτὴν κατέσχε ἑβδομήκοντα. ὁ γὰρ στρατηγὸς μαναήμος κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὢν ἐν θαρσῆ πόλει, καὶ τὰ περὶ τὸν Ζαχαρίαν ἀκούσας, ἅρας μετὰ πάσης τῆς στρατιᾶς ἦκεν εἰς σαμάρειαν, καὶ συμβαλὼν εἰς μάχην, ἀναιρεῖ τὸν σέλσμον. ἔτι βασιλεία καθίσας ἑαυτὸν, ἐκεῖθεν εἰς θαψὰν διαβαίνει-

C ται πόλιν. οἱ δ' ἐν αὐτῇ τὰς πύλας μοχλοῖς κλείοντες, οὐκ εἰσδέξασθαι τὸν βασιλέα. ὁ δ' ἀμυνόμενος αὐτοὺς, τὸ πέριξ ἐδῄωσε χώραν καὶ τὴν πόλιν καὶ κώμας λαμβάνει πολιορκίᾳ. φέρον τε χαλεπῶς ὅτι τοῖς ὑπὸ τὸν θαψατῶν θεραπεύσασι, πάντας αὐτοῖς διεχρήσατο, μηδὲ νηπίων φειδόμενος, ὠμότητος ὑπερβολὴν ἐν καταλειπὼν ἐν ἀγριότητος. ἃ γὰρ οὐδὲ τοῖς ἀλλοφύλων πᾶσι σύγγνωστοι δίκαιοι γενόμενοι ὑποχείριοι, ταῦτα τοὺς ὁμοφύλους οὗτος εἰργάσατο. βασιλεύσας οὖν τρὶς ἐπ-

D τὼ τούτῳ ὁ μαναήμος ἐπ' ἔτη δέκα σκαιὸς καὶ πάντων ὠμότατος διέμεινε. στρατεύσαντος δ' ἐπ' αὐτὸν φύλου τῶν ἀσυρίων βασιλέως, εἰς μὲν ἀγῶνα καὶ μάχην οὐκ ἀπήντα τοῖς ἀσυρίοις. πείσας δὲ χίλια τάλαντα ἀργυρίου λαβόντα αἰ αχωρῆσαι, διαλύεται τὸν πόλεμον. τὸ δὲ κεφάλαιον τοῦτο συνέλεγε τὸ πλῆθος μαναήμῳ, φερεθὲν κατὰ κεφαλὴν δραχμὰς πεντήκοντα. τελευτήσαντος δὲ μετὰ ταῦτα, κηδεύεται μὲν ἐν σαμαρείᾳ. κατα-

E λείπει δὲ τῆς βασιλείας τὸν υἱὸν φακείαν διάδοχον. ὃς τῇ τοῦ πατρὸς κατακολουθήσας ὠμότητι, δυσὶν ἔτεσι μόνοις ἦρξεν. ἔπειτα δολοφονηθεὶς ἐν συμποσίῳ μετὰ φίλων ἀπόθανε, φακείου τινὸς ἑκατοντάρχου, ὑπουλεύσαντος αὐτῷ παιδὸς δὲ ῥομελίου. κατέσχε δὲ ὅσον ὁ φακείας τὴν ἀρχὴν ἔτεσιν εἴκοσι, καὶ ἀσεβὴς τὰ πρὸς καὶ θεὸν ὢν.

ὁ δὲ τῶν ἀσυρίων βασιλεὺς θεγλαφαλάσαρ τοὔνομα, ὑπερατυσάμενος τοῖς ἰσραηλίταις καὶ τὴν τε γαλα-

F δίνην ἅπασαν καταστρεψάμενος, καὶ τὴν πέραν τὸ ἰορδάνου χώραν, καὶ τὴν πρὸς αὐτὴν τὴν γαλιλαίαν καλουμένην, καὶ κύδισαν, καὶ ἄσωρα, καὶ τοὺς οἰκήτορας ἀγχμαλωτίσας, μετέπεσεν εἰς τὴν αὐτῶν βασιλείαν. καὶ τὰ μὲν πρὸς τῶν ἀσυρίων βασιλέως, ἐν τούτοις ἡμῖν δεδηλώσθω. ἰώθαμος δὲ ὁ ζίας παῖς, ἐβασίλευε τῆς ἰούδα φυλῆς ἐν ἱεροσολύμοις, ἐκ μητρὸς μὲν ἀσῆς γεγονὼς καλουμένης δὲ ἱεράσης. οὗτος ὁ βασιλεὺς οὐδὲ μιᾶς ἀρετῆς ἀπελείπετο, ἀλλ' δὲ σεβὴς μὲν τὰ πρὸς τὸν θεὸν, δίκαιος δὲ τὰ πρὸς ἀνθρώπους ὑπῆρχεν. ἐπιμελητὴς δὲ τῶν τὴν πόλιν. ὅσα γὰρ ἐπισκευῆς ἐδεῖτο καὶ κόσμου.

ταῦτα φιλοτίμως ἐξειργάσατο. στοὰς μὲν τὰς ἐν τῷ ναῷ ἱδρύσας καὶ προπύλαια. τὰ δὲ καταπεπτωκότα τῶν τειχῶν ἀνέστησε, πύργους παμμεγέθεις καὶ δυσαλώτους οἰκοδομήσας. καὶ τ' ἄλλων εἴτι καὶ τὴν βασιλείαν ἐπημελεῖτο, πολλὴν ἐπιστροφὴν ἐποιεῖτο, στρατεύσαντος δὲ καὶ τοὺς ἀμμανίτας, καὶ κρατήσας αὐτῶν ἐν τῇ μάχῃ, ἐπέταξεν αὐτοῖς φόρους καὶ πᾶν ἔτος αὐτῷ τελεῖν, ἑκατὸν τάλαντα, καὶ σίτου κόρους μυρίους, τοὺς αὐτοὺς δὲ καὶ κριθῆς. πύξησε δὲ καὶ τὴν βασιλείαν, ὡς τε ἀκαταφρόνητον μὲν αὐτὴν ἐν τῇ τοιαύτῃ εἶναι, τοῖς δ' οἰκείοις εὐδαίμονα.

λιῶ

ἰωὴλ δέ τις κατ' ἐκεῖνον προφήτης νάουμος τοὔνομα, ὃς περὶ τῆς ἀσυρίων καταστροφῆς καὶ τῆς νίνου προφητεύων ἔλεγεν ὅτι, ὡς αἱ νινύαι κολυμβήθρα ὕδατος κινουμένη, οὕτως καὶ ὁ δῆμος ἅπας ταραττόμενος, καὶ κλυδωνιζόμενος οἰήσεται φεύγων λέγοντων πρὸς ἀλλήλους, στῆτε στῆτε, ἁρπάσατε χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἁρπάσατε. ἴσως δὲ οὐδεὶς βουλησόμενος. σώζειν γὰρ αὐτὴν ἐθελήσουσι τὰς ψυχὰς μᾶλλον ἢ τὰ κτήματα. δεινὴ γὰρ αὐτοῖς ἐν ἀλλήλοις ἔρις ἔξει καὶ θρῆνος, πάρεσίς τε τῆς μελαίνης, αἵ τε ὄψεις ὑπὸ τοῦ φόβου μέλαιναι τελέως αὐτοῖς γενήσονται. ποῦ ἦσαν τὸ κατοικητήριον τῶν λεόντων καὶ ἡ μήτηρ σκύμνων; λέγει δέ σοι ὁ θεὸς νινύη, ὅτι ἀπανίσω σε, καὶ οὐκέτι λέοντες ἐκ σοῦ προβούλλοντοι ὅπου τάξουσι τῷ κόσμῳ. καὶ ἄλλα ἦ πολλὰ πρὸς τούτοις, ἃ προεφήτευσεν ὁ προφήτης περὶ νινύης, λέγων ἐκ ἀναγκῶν νενικήκαμεν. ἵνα ἦ μὴ τοῖς ἐντυγχάνουσιν ὀχληρὸς δοκῶ, παρέλιπον. σωιεῖν ἦ πάντα τὰ προειρημένα περὶ νινύης, μεθ' ἕτη ἑκατὸν καὶ πεντεκαίδεκα. περὶ μὲν οὖν τούτων, ἀποχρώντως ἡμῖν διείληπται.

Κεφάλαιον ιβ'.

Ὡς στρατεύσαντος ἀράβης ὁ δαμασκῶν βασιλεὺς ἐπὶ ἱεροσολυμίτας ἠνάγκασεν ἀχάζιον τὸν βασιλέα πέμψαι τὸν βασιλέα ἀσυρίων ἐπὶ δαμασκὸν στρατεύσασθαι.

Ὁ δ' ἰώθαμος μετήλλαξεν, ἔτη βιώσας ἓν καὶ τεσσαράκοντα, βασιλεύσας δ' ἐξ αὐτῶν, ἐκκαίδεκα. θάπτεται δ' ἐν ταῖς βασιλικαῖς θήκαις. ἔσχε δ' εἰς τὸν αὐτοῦ ἀχάζιον ἡ βασιλεία, ὃς ἀσεβέσταζος εἰς τὸν θεὸν ἡμάρτανε, καὶ τοὺς πατρίους ἐξέβαλε νόμους, ζηλώσας τὴν ἱεροσολυμίτιν βασιλείας ἐμμανέστατο, βωμοὺς ἐν ἱεροσολύμοις ἀνασήσας, καὶ θύων ἐπ' αὐτῶν τοῖς εἰδώλοις, οἷς καὶ ἴδιον ὁλοκαύτωσε παῖδα, κατὰ τὰ χαναναίων ἔθη, καὶ ζῶντος ἄλλα πολλὰ ἐξαπλήσια διεπράσατο. ἐχόντος δ' ὕστερον μεμιμῶσθαι, ἐστράτευσεν ἐπ' αὐτὸν ὁ τῆς σύρων καὶ δαμασκηνῶν βασιλεὺς ἀράσης, καὶ φακείας ὁ τῆς ἱεροσολυμίτιδος φίλοι γὰρ ἦσαν. καὶ συμπλάσαντες αὐτοὶ εἰς ἱεροσόλυμα, δεῖ πολιορκοῦν χρόνον ἀφ' οὗ τὴν τειχῶν ὀχυρότητα μηδὲν αὐξάνοντες. ὁ δὲ τῆς σύρων βασιλεὺς, λαβὼν τινὰ πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ πόλιν ἐλαθ', καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἀποκτείνας, ἐγκατῴκησεν αὐτῇ σύρους. τοὺς δ' ἐν τοῖς φοινικίοις ὁμοίως καὶ τοὺς πλείους ἰουδαίους ἀφανθίσας, καὶ λείαν πολλὴν ἀπελάσας εἰς δαμασκὸν, μετὰ τῆς στρατιᾶς αὐξέζυξεν. ὁ δὲ τῆς ἱεροσολυμίτιδος βασιλεὺς, γνοὺς τοὺς σύρους ἐπ' οἴκου ἀναχωροῦντας, καὶ νομίσας ἀξιόμαχος εἶναι τῆς τῶν ἱεροσολυμιτῶν βασιλέως, τὴν δύναμιν ἐπ' αὐτὸν ἐξήγαγε, καὶ συμβαλὼν ἐνικήθη κατὰ μοῖραν τοῦ θεοῦ, ἵνα δὴ τοῖς ἀσεβήμασιν αὐτοῦ πολλοῖς ἅμα καὶ μεγάλοις εἴχε. δώδεκα δὲ αὐτοῦ μυριάδες καθ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ὑπὸ τῶν ἱεροσολυμιτῶν ἀνῃρέθησαν. ὧν ὁ στρατηγὸς ζαχαρίας τὸν υἱὸν ἀπέκτεινε ἐν τῇ συμβολῇ τοῦ βασιλέως ἀχάζου, ἁμίας ὄνομα, καὶ τὸν δεύτερον τῆς βασιλείας ἄπασης ἐλαύνει, καὶ τὸν τοῦ ἰούδα φυλῆς στρατηγὸν ἑλκάν, αἰχμάλωτον ἔλαβε. καὶ ἐκ τῆς βενιαμίτιδος φυλῆς, γυναῖκας καὶ παῖδας ἀπήγαγον, καὶ πολλὴν λείαν ἁρπάσαντες, ἀνεχώρησαν εἰς σαμάρειαν. ἐβιάσατο δέ τις ὃς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ προφήτης ὑπῆρχεν ἐν σαμαρείᾳ, τῷ στρατῷ πρὸ τῶν τειχῶν ἀπαντήσας, μεγάλῃ βοῇ τινὰ νίκην αὐτοῖς οὐ δι' τινὰ οἰκείαν ἰσχὺν ἐθέλου γενέσθαι.

Hoc regnante propheta quidam extitit, Naumus nomine, qui de Assyriorum & Nini subuersione hæc verba vaticinatus est. Ecce Niniue piscina aquarum fluctuans, ita & populus eius omnis turbatus & fluctuãs fugiet. dicentque, state, state, eripite aurum, eripite argentum. & nemo valet. mallent enim vitam seruare quã facultates. occupabit enim eos graue dissidium & lamentatio, & dissolutio membrorum, & facies corũ præ pauore fient luridæ. Vbi erit posthac domicilium leonum, & mater catulorum leoninorum? Dicit tibi Niniue dominus: Delebo te, nec posthac amplius leones ex te egressi mundo imperitabunt. & alia multa de Niniue in hanc sententiam prophetauit, quæ nunc nõ est necesse repetere, alioquin molestus videri possem lectorem plus æquo onerans. Euenerũt autem omnia quæ de Niniue prædicta fũr, post annum cxv. Et de his quidem hactenus. XII.

Cap. XII.

Rase Damascenorum rege Hierosolymitas bello vexante, Achazes eorum rex coactus est Assyriorum regem in Damascenos immittere.

IOthamus autẽ è viuis abiit ætatis anno xli. cùm regnasset annos sexdecim: & quo in regiis conditoriis depositus, regnum ad Achazen eius filium hęreditario iure peruenit. qui erga Deum impiissimus, omnium, & patriarum legum desertor, ad imitationem Israeliticorum regum se contulit, aras Hierosolymis erigens, & in eis idolis sacrificãs, quibus etiam propriũ filium holocautoma obtulit ritu Chananæorũ, & his similia multa perpetrauit. Hunc ita insanientem duo simul reges, Rases Damascenorũ & Phacies Israelitarum, bello aggrediuntur: erant enim amici & socij: & compulsum Hierosolyma multum diuque frustra oppugnauerũt, quòd vrbs esset munita egregiè. Interea Syriæ rex ad mare rubrũ Elam vrbẽ occupat, & necatis eius habitatoribus Syrorum coloniam eò deduxit. Multis item arcibus expugnatis, & magno Iudæorum numero interfecto, cum exercitu ex manubiis ditato domũ reuersus est. Hierosolymitanus autem rex postquam cognouit Syros abisse domum, putans se Israelitarũ rege non inferiorem viribus, eduxit contra eum copias. & cùm irato Deo commisisset prælиũ propter tot impia facinora victus esset. centum enim & viginti millia tunc ceciderunt de Hierosolymitarum exercitu. In eodẽ prælio Zacharias supremus dux Israelitarũ cũ Amia filio Achazę cõgressus, superatũ occidit, & pari modo Ericã prætorianorũ præfectum adeptus interemit, & Elcanam tribus Iudę copiarum ducem vium in potestatem suam redegit. magnum præterea captiuorum vtriusque sexus numerum è Beniamitica tribu abegerunt, & opima præda ditati reuersi sunt Samariam. Obelas autem quidã qui in ea vrbe per id tempus propheta erat, occurrens illis ante mœnia, magna voce hanc victoriam non ipsorum virtute partã asseuerabat, 4. Reg. 16.

sed quòd Deus regi Achazæ irasceretur. incu- A
sabátque eos quòd non contenti præsenti feli-
citate,ausi sint homines ex tribu Iudæ ac Be-
niamitica consanguineos suos captiuos abduce-
re:& suadebat vt hos illæsos domum remitte-
rent.quod ni faciant,Deum ab illis pœnas exa-
cturum.post hanc admonitionem Israelitæ in
concionem conuenientes deliberant quid fa-
cto opus esset.Exurgens autem quidam magnę
inter suos autoritatis,Barachias nomine, cum
aliis tribus,negabant se passuros vt cines sui
captiuos in vrbem introducerent, ne fortè om- B
nes ex æquo diuina vltio perderet.satis esse prę
teritorum peccatorum, in quæ prophetæ cla-
mitent, etiamsi nulla noua accedat impietas.
His auditis milites,permiserunt illos,quicquid
vellent,arbitratu,suo agere.Tum prædicti viri
assumptos captiuos exemerunt vinculis, & cu-
ratis eorum corporibus,adiutos viatico remi-
serunt domum incolumes. nihilo minus qua-
tuor hi deduxerunt eos vsque Hierichuntem& C
vlterius, cúmque non longè abessent à Hiero-
solymis,repetierunt Samariam.

δμὴ ἢ τ τ θεῦ χόλον ὃν εἶχεν ἐπ' ἄχαζον τὸν βασιλέα.
κ) κατεμέμφεις, τῇ μὲν δωρεᾷα τῇ καθ' αὑτὸ μὴ ἀρ-
κεθέντας, ἀλλὰ πλυσαν ὡς ἰδίους ὄντας ἐκ τ ἰούδα φυλῆς
κ) βενιαμίνδος συγγενεῖς ὄντας αἰχμαλωτίσαι. σωε-
βούλευέ τε αὐτοῖς ἀπολύσαι τοὺς εἰς τὴν οἰκείαν
ἀπαθεῖς. ἀπειθησάντων γὰρ τῷ θεῷ δίκην ὑπέξειν. ὁ δ'
ἦν ἰσραηλιτῶν λαὸς εἰς τὴν ἐκκλησίαν συνελθών, ἐ-
πεσκέπτετο περὶ τούτων. αἰασας δέ τις βαραχίας ἐνό-
ματι τῶν δοκιμωτάτων ἐν τῇ πολιτείᾳ, κ) ἄλλοι μετ'
αὐτὸν ἓξ εἶς, ἔλεγον μὴ ἐᾶν εἰσφέρειν τοῖς πολίταις εἰσαγα-
γεῖν αὐτοὺς εἰς τ πόλιν, ἵνα μὴ πάντες ἀπολώλωσιν ἀπὸ
τ θεοῦ. μόνον γὰρ ἀπόχρη τὸ θεοὺς αὐτοὺς ἡμᾶς ἁμαρ-
τεῖν, ὡς οἱ προφῆται λέγουσιν, ἀλλὰ μὴ καινότερα τού-
των ἀσεβήματα δρᾶν. ταῦτα δ' ἀκούσαντες οἱ στρατιῶ-
ται, συνεχώρησαν ἐκείνοις ποιεῖν ὃ ἐδόκει συμφέρειν.
ὡδηγηθέντες οὖν οἱ προφερμένοι ἄνδρες τοὺς αἰχμα-
λώτους, ἐλυσάν τε ☾ ἐπιμελείας ἠξίωσαν, κ) δόντες ἐ-
φόδια εἰς τὴν οἰκείαν ἀπέλυσαν ἀβλαβεῖς. οὐδενὶ δ' ἧττον
κ) τέσσαρες αὐτοῖς συνῆλθον, κ) μέχρις ἱεριχοῦντος
πέμψαντες ἐκ ἄπωθεν τῷ ἱεροσολύμων, ἀνέστρεφαν εἰς
σαμάρειαν.

CAP. XIII.

Assyriorum rex vi expugnata Damasco,& occiso rege,populum traducit in Mediam aliis gentibus Damascum in coloniam deductis.

Κεφάλαιον ιγ.

Ως χ' κράτης ἔλαβεν ὁ τῶν ἀσσυρίων βασιλεὺς δαμασκὸν, κ) διέ-
φθειρε μὲν αὐτὴν τὸν βασιλέα, τοὺς δ' αἰθρώπους αἰασίους εἰς μη-
δίαν, ἕτερα ἔθνη κατῴκισεν ἐν δαμασκῷ.

4.*Reg.* 16. 17. ACHazes autem rex hac clade ab Israelitis affectus,missa ad Assyriorum regem Theglaphalassarem legatione,auxilium ab eo petiit contra Israelitas & Damascenos atque Syros,magnam pecuniam illi pollicens in præsens etiam magnifica munera mittendo.Quam legationem postquam audiuit,ipse in auxilium Achazæ profectus est,& vastata Syria,expugnatáque Damasco,Razim quoque regem occidit. Damascenos verò in superiorem Mediam populariter traduxit: & pro illis quatdã Assyriorum gentes in agrum Damascenum reposuit. Israelitarum deinde terram populatus, multos ex ea captiuos comprehendit. Post Syros ad- E
hunc modũ tractatos,rex Achazes sublato quã-
tum erat auri & argenti in regiis thesauris,at-
que etiam in ipso templo &donariis quotquot
erant pulcherrima, hæc secum deferens venit
Damascum,& sicut antè pactus fuerat, omnia
regi Assyriorum tradidit, actísque pro bene-
ficio gratiis reuersus est Hierosolyma. Erat autẽ
hic rex tam stultus & incogitans, vt quamuis
hostiliter cum Syris dissideret, illorum tamen F
deos colere non desineret, sed in eorũ cerimo-
niis,tanquam victoriã inde sibi pollicens, pie-
tatem collocare pergeret.post cladem verò ac-
ceptam, Assyriorum venerari cœpit numina,
quibus potius adoraturus, quàm verum & à
maioribus acceptum Deum, cuius indignatio-
ne vt tum vinceretur factum est.In tantum au-
tem religionis contemptum prolapsus est, vt
spoliatum priùs donariis templum clauderet,
ne illud solennibus sacrificiis honorare lice- G
ret.post has insanas impietates tandem mori-
tur, cùm vixisset annos triginta sex, & ex his
regnasset sedecim, relicto hærede Ezecia filia.

Ἀχάζης δ' ὁ βασιλεὺς ταῦτα παθὼν ὑπὸ τῶν ἰσ-
ραηλιτῶν, πέμψας πρὸς τ τ ἀσσυρίων βασιλέα D
θεγλαφαλασσαρίλον, συμμαχίαν αὐτῷ δωδεκάδιν πα-
ρεκάλει πρὸς τὸν πόλεμον τὸν πρὸς τοὺς ἰσραηλίτας,
κ) σύρους κ) δαμασκηνούς, χρήματα πολλὰ δώσειν ὑ-
πισχνούμενος. ἐπεμψε δ' αὐτῷ κ) λαμπρὰς δωρεάς. ὁ δ',
τῶν πρεσβέων ἀφικομένων πρὸς αὐτὸν, ἦκε σύμμαχος
ἀχάζῃ, κ) στρατεύσας ὅπλοις τοὺς σύρους, τῶν τε χώραν αὐ-
τῶν ἐπόρθησε, ☾ τὸν δαμασκὸν κ' κράτης εἷλε, κ) τὸν
βασιλέα ῥαζῆν ἀπέκτεινε. τοὺς δ' δαμασκηνοὺς ἀπῴ-
κισεν εἰς τὴν ἀσσυριακὴν μηδίαν. κ) ὡς μὲν ἔθνων τῶν ἀσσυρίων
μετασήσας τινὰς, εἰς τὴν δαμασκὸν κατῴκησε. τὸν δ'
ἰσραηλιτῶν χῶν κακώσας, πολλοὺς ἀπ' αὐτῆς αἰχ-
μαλώτους συνέλαβε. ταῦτ' αὐτῷ διαπραξαμένου τοῦ
σύρου, ὁ βασιλεὺς ἄχαζος ἁρπάσας τὸν χρυσὸν, ὃς ἦν ἐν τοῖς
βασιλικοῖς θησαυροῖς, κ) τ ἀργυρον, καὶ τὰ ἐν τῷ ναῷ
τ θεῦ, καὶ εἴτι κάλλιστον ἀνάθημα, ἅπερ τὸ βασάσας ἦκεν
ἔχων εἰς δαμασκὸν, κ) ἔδωκε τῷ τῶν ἀσσυρίων βασιλεῖ
κ' τὰς ὁμολογίας, κ) πάντων αὐτῷ χάριν ἔχειν ὁμολο-
γήσας, ὑπέστρεφεν εἰς ἱεροσόλυμα. ἐν δ' οὗτος ἀσέπτ-
κα τ συμφέροντος ἀσυλλόγιστος ὤφθη ὁ βασιλεὺς, ὡς τ
οὐδὲ πολεμήμενος ὑπὸ τ σύρων ἐπαύσατο τιμᾶν θεοὺς
αὐτῶν προσκυνῶν, ἀλλὰ διετέλει τούτοις σεβόμενος
ὡς παρεξουσίους αὐτῷ τῶν νίκων. ἡττηθεὶς δ' πάλιν,
τοὺς ἀσσυρίων ἤρξατο τιμᾶν θεούς, κ) πάντας ἐκεῖ
μᾶλλον τιμήσων, ἢ τὸν παρόντα κ) ἀληθῶς θεὸν, ὃς
αὐτῷ κ) τῆς ἥττης ὀργιζόμενος ἐν αἰτίᾳ. ὅτι τοσοῦτον
δ' ὀλιγωρίας κ) καταφρονήσεως ἦλθεν, ὡς κ) τέ-
λεσιν ἀποκλείσας τὸν ναὸν, καὶ τὰς νενομισμένας ἀ-
ναγορεύσας θυσίας ἐκφέρειν, κ) προεσθύσας τ ἀνα-
θημάτων αὐτόν. ταῦθ' ὑβρίσας τ θεὸν ἐτελεύτησεν, ἔτη
δ' βιώσας ἐξ κ) ξ ἀκόντα, βασιλεύσας δ' ἐξ αὐτῶν ἐκκαίδεκα. τὸν υἱὸν δ' ἐζεκίαν ὀρθόδοξον καταλιπών.

ἀπέ-

ἀπέθανε δ' ὑπὸ τῶν αὐτῶν καιρῶν καὶ ὁ τῆς Ἰσραηλίτιδος βασιλεὺς Φακέας, ὑπιβουλεύσαντος αὐτῷ φίλου τινὸς ὠσηὲ τοῦ πατρὸς Ἠλὲ ἔχων τὴν βασιλείαν ἐπ' ἔτη ἐννέα, πονηρός τε ὢν, καὶ τῷ πρὸς θεὸν ὀλίγωρος. στρατεύει δ' ἐπ' αὐτὸν ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς σαλμανάσαρος, καὶ κρατήσας αὐτοῦ, τὸν θεὸν δ' οὐκ εἶχεν ἵσως εὐμενῆ καὶ συμμαχον ὑπήκοον ἐποιήσατο, καὶ φόρους ἐπέταξεν αὐτῷ τελεῖν ὡρισμένους. ἔτει δὲ τετάρτῳ τῆς βασιλείας ὠσηὲ, ἐβασίλευσεν Ἐζεκίας ὁ Ἠλεμμοῦμις, ἀχάζου μὲν υἱός, Ἀβίας δὲ ἐξ ἧς τὸ γένος. φύσις δ' ἦν αὐτῷ χρηστὴ καὶ δικαία καὶ θεοσεβής. οὐδὲν γὰρ ἄλλο πρότερον εἰς τὴν βασιλείαν παρελθὼν οὐδ' ἀναγκαιότερον, οὐδὲ συμφορώτερον αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἀρχομένοις ὑπέλαβε τοῦ θρησκεύειν τὸν θεόν. ἀλλὰ συγκαλέσας τὸν λαὸν καὶ τοὺς ἱερεῖς καὶ τοὺς λευίτας, ἐδημηγόρησεν ἐν αὐτοῖς λέγων, ἐκ ἀγνοεῖτε μὴν ὡς διὰ τὰς τῶν πατέρων ἁμαρτίας τῶν μὲ πρόσθεν τὸν θεὸν ὁσίων τιμὴν πολλὴν ἐπιτεράστην, καὶ μεγάλων κακῶν ἁλισθαρέντες ὑπ' αὐτοῦ τοῦ θείου, καὶ αὐ ἀπωθέντες ὃς αὐτοὺς ἐδοκίμαζεν εἶναι θεοὺς τούτους προσκυνεῖν, πρόσθεν δ' ὑμῖν ἔργῳ μεμαθηκόσιν ὡς ἔστι δεινὸν τὸ ἀσεβεῖν, τούτου μὴν ἤδη λήθην ποιήσασθαι, καθάραι δ' αὐτοὺς ἐκ τῶν προτέρων μιασμάτων, τούς τε ἱερεῖς καὶ λευίτας, καὶ συνελθόντας οὕτως αἰοῖξαι τὸ ἱερὸν, καὶ καθάραντας αὐτὸ τοῖς ἐξ ἔθους θυσίαις, εἰς τὴν ἀρχαίαν καὶ πάτριον ἀναλαβέσθαι τιμήν. ἅτε γὰρ τὸν θεὸν ἡμῖν ποιήσαμενοι, ἀδόντες τὴν ὀρχηθ. ταῦτ' εἰπόντος τοῦ βασιλέως, οἱ ἱερεῖς αἰοίγουσι τὸ ἱερὸν, καὶ ἐξεπίσαντες τὰ σκεύη τοῦ θεοῦ, καὶ τὰ μιάσματα ἐκβαλόντες, τοῖς ἔτεσι τῇ βωμῷ θυσίας ἐπέφερον. ἀγαπήσας δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν ὑπ' αὐτὸν χώραν, σκάλει τὸν λαὸν εἰς ἱεροσόλυμα τὴν τῶν ἀζύμων ἑορτὴν ἄξοντα. πολὺν γὰρ ἐκλελοίπει χρόνον διὰ τὰς τῶν προειρημένων βασιλέων ἀνομίας. ἐξαπέστειλε δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἰσραηλίτας προτρεπόμενος αὐτοὺς ἀφέντας τὸν ἀρχαῖον βίον, εἰς τὴν ἀρχαίαν ἐπανελθεῖν σεμνότητα, καὶ τὸ σέβειν τὸν θεόν. καὶ γὰρ ὑπερέπειν αὐτοῖς ἀναγομένοις εἰς ἱεροσόλυμα, τὴν τῶν ἀζύμων ἄγειν ἑορτὴν, καὶ συμπανηγυρίζειν αὐτοῖς. ταῦτα δ' ἔλεγε, πάντων οὐχ ὅπως ὑπακούσειν αὐτῷ, εἰ μὴ θέλωσι, τῶν δὲ ἐκείνων συμφέροντος ἕνεκα μακαρίους γὰρ ἔσεσθαι. οἱ δὲ ἰσραηλίται, πάντα νομίσαντες τὰ πρέσβεων, καὶ διηλωσάντων αὐτοῖς τὰ πρὸς τὴν ἰδίου βασιλέως, οὐ μόνον οὐκ ἐπίθοντο. ἀλλὰ καὶ τοὺς πρέσβεις, ὡς αὐθέτους διεχλεύασαν, καὶ τοὺς προφήτας ὁμοίως ταῦτα παραινοῦντας, καὶ προλέγοντας ἃ πάσονται μὴ μεταθέμενοι πρὸς τὴν εὐσέβειαν τοῦ θεοῦ διέπτυον. καὶ τελευταῖον συλλαβόντες αὐτοὺς, ἀπέκτειναν. οὐδὲ μέχρι τούτου αὐτοῖς ἤρκεσε πάντα νομῆσαι, ἀλλὰ καὶ χείρω τῶν προειρημένων ἀπεγνώκεσαν. καὶ οὐ πρότερον ἐπαύσαντο, πρὶν ἢ τοῖς πολεμίοις αὐτοὺς ἀμυνόμενος τῆς ἀσεβείας ὁ θεὸς ἐπάπασι τιμωρίας. καὶ περὶ μὲν τούτων, αὖθις δηλώσομεν. πολλοὶ μέν τοι τῶν μανασσίδου φυλῆς καὶ ζαβούλου καὶ ἰσσαχάρου πεισθέντες οἷς οἱ προφῆται παρῄνεσαν, εἰς εὐσέβειαν μετεβάλλοντο. καὶ οὗτοι πάντες εἰς ἱεροσόλυμα πρὸς ἐζεκίαν συνέδραμον ὅπως τῷ θεῷ προσκυνήσωσιν. ἀφικομένων δὲ τούτων, ὁ βασιλεὺς ἐζεκίας ἀναβὰς εἰς ἱερὸν μετὰ τῶν ἡγεμόνων καὶ τοῦ λαοῦ παντὸς, ἔθυσεν αὐτοῦ ταύρους ἑπτὰ, καὶ κριοὺς τοσούτους καὶ ἐρίφους τοσούτους. ὑπιδόντες δὲ τὰς χεῖρας

A Quo tempore etiam Phaceias Iſraelitarum regnũ cum vita amiſit, cæſus per inſidias cuiuſdam ex charioribus ſibi aulicis, cui nomen Oſeas, qui cùm regnum ſcelere quæſtum per annos ix. obtineret, vir fuit peſſimus, nihil pietatis Deo deferens. In hũc duxit exercitum Aſſyriorum rex Salmanaſarus, & quia Deum non habebat propitium, deſtitutum eius auxilio facilè ſubiugauit, & præfinita tributa cogit pẽdere. Quarto autem anno regni huius Oſeæ E-
B zecias Hieroſolymis regnum adeptus eſt; Achazæ ex Abia Hieroſolymitana muliere filius. is erat ingenio bono & iuſto ac pio præditus. nam ſtatim ab initio principatu nullam magis neceſſariam vel vtilem tam ſibi quàm ſubditis curam exiſtimauit, quàm religionis ac diuini cultus. quamobrem aduocata populi & ſacerdotum Leuitarúmque concione, ſic fertur ad eos verba feciſſe: Ne ipſi quidẽ ignoratis quòd propter peccata patris mei, & nõ redditos Deo
C debitos honores, in multas & magnas calamitates incidiſtis, quia per extremam dementiam paſſi eſtis vobis perſuaderi, vt eos quos ille deos putabat colereti. Ergo quandoquidẽ veſtro malo didiciſtis quàm pernicioſa res ſit impietas, horror vt illa obliuioni tradita purificetis vos à præteritis pollutionibus vnà cum ſacerdotibus & Leuitis, ac tum demum conuenientes aperiatis templum, & luſtratum priùs expiatúmque ſacrificiis legitimis in priſtinum
D honorem & reuerentiam reſtituatis. hoc enim pacto placatum Deum & propitium habebimus. His regis monitis accenſi ſacerdotes templum aperiunt, & eiectis inde inquinamentis, adornatiſque ſacris vaſis, victimas patrio ritu in altare inferunt. Rex verò dimiſſis per totam ditionem ſuam nuntiis, populum Hieroſolyma ad azymorum celebritatem cõuocat multo iam tempore intermiſſam propter impiam ſuperiorum regum incuriam. Quin & Iſraelitas per nuncios hortatus eſt, vt relictis conſuetis ſuperſtitionibus ad priſcam illam pietatem
E & veri Dei cultum rediret. Se enim illis permiſſurum vt Hieroſolyma venientes azymorũ feſtum vnà cum ſuis ciuibus celebrent. Hęc autem ſe ſuadere non vt ſuum negotium ageret, ſed ipſorum vtilitatis gratia, quos beatos fore, ſi huic conſilio paruerint. Iſraelitæ verò audito quid legati à ſuo rege afferrent, adeò mentem
F non adhibuerunt, vt eos ludibrio habuerint, & prophetas quoque eodem cohortantes, & præmonentes quantæ calamitates inſtarent, ni maturè ad pietatem rediret, reſpuerint: quos poſtremò comprehenſos necauerunt. nec his facinoribus contenti ad peiora etiam ſunt prolapſi, ita vt non priùs deſiſterent, quàm ob extremam impietatem Deus vltor in poteſtatem hoſtiũ eos tradidit, ſicut ſuo loco dicetur. Multi tamen è Manaſſitica tribu & Zabulonis atq. Iſacharis prophetarum monitis parẽtes ad pietatẽ ſunt conuerſi, atque hi omnes Hieroſolyma ad Ezeciã cõfluxerũt, vt Deũ adorarẽt. Poſtquã aũt ea multitudo cõuenit, rex aſcẽſo tẽplo
G vnà cũ principib. & populo, immolauit pro ſe tauros ſeptem, & totidẽ arietes, parémque hircorum numerum. & cùm primùm manus in

capita victimarum imposuissent tam rex quã principes, sacerdotibus mactandas reliquerũt. illi verò iugulabant, & solidas concremabant, Leuitarum corona circumstante cum instrumentis musicis, & diuinos hymnos canente, quemadmodum olim Dauid eos psallere docuerat. reliqui verò sacerdotes accinebant buccinis. Interea populus & multitudo humi in faciem prostrati Deum adorabant. post hæc sacrificauit boues septuaginta, arietes c. agnos cc. populo verò ad epulum largitus est boues dc. & reliqui pecoris tria millia. Cúmque omnia ritè sacerdotes perfecissent, rex lætus epulabatur cum populo, agentes Deo gratias. Instante verò azymorum festo, paschale sacrum facientes, alias deinceps victimas mactabãt per continuos dies septem. populo etiam, præter eũ numerum, quem ipsi mactauerunt, taurorũ duo millia, pecorum septem millia rex de suo largitus est. hanc liberalitatem imitati principes mille tauros eis dederunt, & pecora mille quadringenta. nec vllum festum tam magnificè est celebratum à Solomonis temporibus in eum vsque diem. peracto festo vrbem egressi totam regionem lustrauerunt, ipsa quoque Hierosolyma ab omni idolorum spurcitie munda reddiderunt. Quotidiana deinde sacra iuxta legem rex de suo fieri mãdauit, & sacerdotibus ac Leuitis à populo decimas reddi cũ primitiis fructuum, vt possent esse circa diuinum cultum assidui. Quo factum est vt populus omne genus fructuum conferret Leuitis & sacerdotib⁹: rex verò horum apothecas & promptuaria condidit, vnde singulis partes distribuerentur cum vxoribus & liberis. atque in hunc modum pristinus cultus restitutus est. His ita cõstitutis rex Palæstinis bellum intulit, & parta victoria omnes eorum vrbes à Gitta vsque Gazam suæ ditioni adiecit. Interea rex Assyriorum per oratorem ei denunciat, omnem eius regionem se subiugaturũ, nisi tributa, quę priùs pater ipsius, penderet. Ezecias verò minas eius non magni fecit, fretus Deo suáque pietate, ac propheta Esaia, per quem futura cognoscebat. & hactenus de hoc rege.

τὰς κεφαλὰς τῶν ἱερείων αὐτὸς δ' ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ ἡγεμόνες, τοῖς ἱερεῦσι καλλιερεῖν ἀφῆκαν. ἔθυσαν δὲ μυρίοι τε καὶ ὀλοκάρπωσαν. οἱ δὲ λευῖται ὡρχήσαντο ἐν κύκλῳ μετὰ τῶν μουσικῶν ὀργάνων, ἡδον ὕμνους εἰς τὸν θεὸν, καὶ ἔψαλλον ὡς ἐδιδάχθησαν ὑπὸ τοῦ δαβίδου. οἱ δὲ λοιποὶ ἱερεῖς βυκάνας ἔχοντες, ἐπισάλπιζον τοῖς ὑμνῳδοῦσιν. τούτων δὲ ἠχουμένων, ὅλη παρέστησεν ῥίψαντες ἑαυτοὺς, ὅ τε βασιλεὺς καὶ τὸ πλῆθος προσεκύνουν τὸν θεόν. ἔπειτα θύει μὲν βοῦς ἑβδομήκοντα, κριοὺς ἑκατὸν, ἀρνας διακοσίους. τοῦ πλήθους δὲ ὑπὸ φιλίας ἐχαρίσατο βοῦς μὲν ἑξακοσίους, τὰ δὲ λοιπὰ θρέμματα χιλία. καὶ πάντα μὲν οἱ ἱερεῖς ἀκολούθως ἐποίησαν τοῦ νόμου. τοῖς δὲ ὁ βασιλεὺς ἡδόμενος, δύο ἡμέρας ἐπὶ τῷ λαοῦ, τοῦ θεοῦ χάριν ὁμολογῶν. ἐν ταύταις δὲ τῆς τοῦ ἀζύμων ἑορτῆς, θύσαντες τῷ λεγομένῳ πάσχα, τὰς ἄλλας τὸ λοιπὸν θυσίας ἐπετέλουν, ἐφ' ἡμέρας ἑπτά. τοῦ δὲ πλήθους πάρεξ ὧν ἐκαλλιέρησαν αὐτοὶ, ταύροις μὲν δισχιλίοις, θρέμμασι δὲ ἑπτακισχίλια ὁ βασιλεὺς ἐχαρίσατο. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ οἱ ἡγεμόνες ἐποίησαν, χιλίους μὲν ταύροις ἔδοσαν αὐτοῖς, θρέμματα δὲ χίλια καὶ πεντακόσια. καὶ ἦν τὸν ζόπυν ἀπὸ σολομῶνος τοῦ βασιλέως οὐκ ἀγθεῖσα ἡ ἑορτὴ, τότε πρῶτον λαμπρῶς καὶ φιλοτίμως ἐπετελέσθη. ὡς δὲ τὰ πρὸς τὴν ἑορτὴν αὐτοῖς πέρας εἶχεν, ἐξελθόντες εἰς τὴν χώραν ἤγνισαν αὐτὴν, καὶ τὴν πόλιν δὲ πάντος ἐκάθηραν μιάσματος εἰδώλων. τάς τε καθημερινὰς θυσίας ὁ βασιλεὺς ἐκ τῶν ἰδίων ὑπετελεῖτο πρὸς τάξιν καὶ τὸν νόμον, καὶ τοῖς ἱερεῦσι καὶ λευίταις τὰς δεκάτας, ὥστε πρὸς τὸ πλῆθος διαδοθῆναι, καὶ τὰς ἀπαρχὰς τῶν καρπῶν ἐν ἀεὶ τῇ θρησκείᾳ προαιρήσωσι, καὶ τῆς θεραπείας ὦσιν ἀχώριστοι τοῦ θεοῦ. καὶ τὸ μὲν πλῆθος συνεισέφερε παντοδαπὸν καρπὸν τοῖς ἱερεῦσι καὶ τοῖς λευίταις. ἀποθήκας δὲ καὶ ταμεῖα τούτων ὁ βασιλεὺς κατασκευάσας, ἐκέλευε διένειμε τοῖς ἱερεῦσι καὶ λευίταις, καὶ πᾶσιν αὐτοῖς καὶ γυναιξί. καὶ οὕτω πάλιν εἰς τὴν ἀρχαίαν θρησκείαν ἐπανῆλθον. ταῦτα δὲ τὸν προεκρινεν ζόπυν ὁ βασιλεὺς κατεσκεύασε, πόλεμον ἐξενήνεγκε πρὸς τοὺς παλαιστινοὺς, καὶ νικήσας, κατέσχεν ἁπάσας τὰς ἀπὸ γάζης μέχρι γίττης πόλεις τῶν πολεμίων. ὁ δὲ τῶν ἀσυρίων βασιλεὺς πέμψας ἐπείλει πᾶσαν αὐτῷ καταστρέφασθαι τὴν ἀρχὴν, εἰ μὴ τοὺς φόρους, ὡς ὁ πατὴρ αὐτῷ τὸ πρῶτον ἐτέλει, τούτους ἀποδώσοι. ἐζεκίας δὲ ὁ βασιλεὺς, τῶν μὲν ἀπειλῶν οὐκ ἐφρόντισεν, ἐθάρρει δὲ ὅτι τῇ πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ, καὶ τῷ προφήτῃ ἡσαΐᾳ, παρ' οὗ παντὸς ἀψευδῶς τὰ μέλλοντα ἐπυνθάνετο. καὶ ὧδε μὲν ἡμῖν ὅπη τοῦ παρόντος ἐχέτω τὰ περὶ τούτου τοῦ βασιλέως.

Cap. XIV.

Salmanasar capto Israelitarum rege, & decem tribubus translatis in Mediam, Cutheos in eorum regionem migrare iubet.

XV. Salmanasar autem Assyriorum rex comperto quòd Israelitarum rex misisset clàm legationem ad Soam Ægyptiorum regem, inuitans eum ad societatem contra ipsum ineundam, iratus duxit exercitum contra Samariam, anno Oseæ regni septimo, & nó receptus ab eo, post tertiũ obsidionis annũ vrbẽ vi cepit, anno eiusdẽ regis nono, Ezecię verò Hierosolymorũ regis anno septimo: extinctóque funditus Israelitarũ imperio, populum traduxit in Mediã & Persidẽ,

4. Reg. 17.

Κεφάλαιον ιδ'.

Ὡς σαλμανάσαρης τὸν τῶν ἰσραηλιτῶν βασιλέα ἀπέκτεινε, καὶ ὡς τὰς δέκα φυλὰς εἰς μηδίαν κατῴκισας, τὸ τῶν χουθαίων ἔθνος εἰς τὴν ἐκείνων μετήγαγε χώραν.

Σαλμανασάρης δὲ ὁ τῶν ἀσυρίων βασιλεὺς, ἐπεὶ ἤσθετο αὐτῷ ὁ τῶν ἰσραηλιτῶν βασιλεὺς ὡς εἴη, πέμψας χρύσα πρὸς σώαν τὸν τῶν αἰγυπτίων βασιλέα, παρεκάλει αὐτὸν ὅπως συμμαχίαν τῷ κατ' αὐτὸν, παρεξιωθὴς, ἐστράτευσεν ὅπη τῷ σαμάρειαν ἔτει ἑβδόμῳ τῆς ὡσηοῦ βασιλείας. οὐ δεξαμένου δ' αὐτὸν τοῦ βασιλέως, ἔτεσι πολιορκήσας τρισὶν, εἶλε κρατος τῷ σαμάρειαν, ἔνατον μὲν ἔτος ὡσηοῦ βασιλεύοντος, ἕβδομον δ' ἐζεκίου τῶν ἱεροσολυμιτῶν βασιλέως. καὶ τῷ ἰσραηλιτῶν ἡγεμονίαν ἀρδὴν ἠφάνισε, καὶ πάντα τὸν λαὸν μετῴκισεν εἰς τὴν μηδίαν καὶ περσίδα,

ἐν οἷς

ἐν οἷς καὶ τὸν βασιλέα ὡσεὴλ ζῶντα ἔλαβε. καὶ μεταστήσας ἐκ ταύτης ἄλλα ἔθνη ἀπὸ χούθου τόπου πάνυ, ἔστι γὰρ ἐν περσίδι πόταμος τοῦτ' ἔχων τοὔνομα, κατῴκισεν εἰς τὴν σαμάρειαν, καὶ τὴν τῶν ἰσραηλιτῶν χώραν. μετῴκησαν οὖν αἱ δέκα φυλαὶ τῶν ἰσραηλιτῶν ἐκ τῆς ἰουδαίας μὴ ἐπὶ ἀριθμὸν ἐνακοσίων τεσσαράκοντα ἐπῶν, ἀφ' οὗ χρόνου τὴν αἴγυπτον ἐξελθόντες αὐτῶν οἱ πρόγονοι τὴν δὲ κατέσχον τὴν χώραν. ἀπὸ δὲ στρατηγοῦντος ἰησοῦ ἐπὶ ὀκτακοσίων. ἀφ' οὗ δὲ ἀποστάντες ἀπὸ ῥοβοάμου τοῦ τοῦ δαβίδου ἰώνου τὴν βασιλείαν ἱεροβοάμῳ παρέδοσαν, ὡς μοι καὶ πρόπροσθεν δεδήλωται, ἔτη ἐστὶ διακόσια τεσσαράκοντα, μῆνες ἑπτά, ἡμέραι ἑπτά. καὶ τέλος μὲν τοῖς ἰσραηλίταις τοιοῦτος κατέλαβε θαβαίτας τοὺς νόμους, καὶ θαλακούσαντας τῷ προφήτῃ, οἳ προὔλεγον ταῦτα αὐτοῖς τὴν συμφορὰν, μὴ παυσαμένοις τῶν ἀσεβημάτων. ἦρξε δ' αὐτοῖς τῶν κακῶν ἡ στάσις ἣν ἐστασίασαν πρὸς ῥοβόαμον, τὸν τούτου δοῦλον ἀποδιξάντες βασιλέα, ὃς εἰς τὸ θεῖον ἐξήμαρτεν, ἐλθὼν αὐτοῖς τοῦτο ἐποίησε μιμησαμένοις τὴν ἐκείνου παρανομίαν. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν οὐκ ἦν ἄξιος δίκης ταύτην ὑπέχειν. ὁ δὲ τῶν ἀσσυρίων βασιλεὺς ἐπῆλθε πολεμῶν τήν τε συρίαν πᾶσαν καὶ φοινίκην. τὸ δὲ ὄνομα τούτου τοῦ βασιλέως, ἐν τοῖς τυρίων ἀρχείοις ἀναγέγραπται. ἐστράτευσε γὰρ ἐπὶ τύρον βασιλεύοντος αὐτοῖς ἐλουλαίου, μαρτυρεῖ δ' τοῦτο καὶ μέναδρος, ὃς τῶν χρονικῶν ποιησάμενος τὴν ἀναγραφὴν, καὶ τὰ τῶν τυρίων ἀρχεῖα μεταφράσας εἰς τὴν ἑλληνικὴν γλῶτταν, οὕτως ἐδήλωσε. καὶ ἐλουλαῖος ὄνομα, ἐβασίλευσεν ἔτη τεσσαράκοντα ἕξ. οὗτος, ἀποστάντων κητταίων, ἀπαλλύσας, προσηγάγετο αὐτοὺς πάλιν. ἐπὶ τούτους πέμψας ὁ τῶν ἀσσυρίων βασιλεὺς, ἐπῆλθε φοινίκην πολεμῶν ἅπασαν. ὡς δὲ προσήμαινε εἰρηναῖος, μὴ πάντων ἀνεχώρησεν ὀπίσω. ἀπίση τε τυρίων, σιδῶν καὶ ἄρκη καὶ ἡ πάλαι τύρος, καὶ πολλαὶ ἄλλαι πόλεις, αἳ τῶν τῶν ἀσσυρίων ἑαυτὰς βασιλεῖ παρέδοσαν. ἀπὸ τυρίων οὐχ ὑποταγέντων, πάλιν ὁ βασιλεὺς ἐπ' αὐτοὺς ὑπέστρεψε, φοινίκων συμπληρωσάντων αὐτῷ ναῦς ἑξήκοντα, καὶ ὀπτακόπους ὀκτακοσίους. οἷς ὁπλίσαντες τύριοι ναυσὶ δικάδυο, τῶν νεῶν τῶν ἀντιπάλων δέκα παρείσων, λαμβάνουσιν αἰχμαλώτους ἄνδρας εἰς πεντακοσίους. ἐπετάθη δὲ πάντων ἐν τύρῳ τιμὴ δεῖ ταῦτα. ἀναζεύξας δ' ὁ τῶν ἀσσυρίων βασιλεὺς, κατέστησε φύλακας ὅπως τοῦ ποταμοῦ, καὶ ὑδραγωγιῶν οἱ διακωλύσουσι τυρίοις ἀρύσασθαι. καὶ τοῦτο ἔτεσι πέντε ἠνύσθησαν, ἐκαρτέρησαν πίνοντες ἐκ φρεάτων ὀρυκτῶν. καὶ τὰ μὲν ἐν τοῖς τυρίων ἀρχείοις γεγραμμένα, καὶ τὰ σαλμαναασάρου τοῦ ἀσσυρίων βασιλέως ταῦτ' ἐστίν. οἱ δὲ μετοικισθέντες εἰς σαμάρειαν χουθαῖοι, ταύτῃ γὰρ ἐκαλοῦντο μέχρι δεῦρο τῇ προσηγορίᾳ, ἀπὸ τοῦ ἐκ τῆς χουθᾶς καλουμένης χώρας μεταχθῆναι, αὕτη δ' ἐστὶν ἐν τῇ περσίδι, καὶ ποταμὸς οὗτ' ἔχων ὄνομα, ἕκαστοι κατ' ἔθνος ἴδιον θεὸν εἰς τὴν σαμάρειαν κομίσαντες, πάντες δ' ἦσαν, καὶ τούτους καθὼς ἐν πάτρῳ αὐτοῖς σεβόμενοι παροξύνουσι τὸν μέγιστον θεὸν εἰς ὀργὴν καὶ χόλον. λοιμὸς γὰρ αὐτοῖς ἐνέσκηψεν, ὑφ' οὗ φθειρόμενοι καὶ μηδεμίαν τῶν κακῶν θεραπείαν ἐπινοοῦντες, χρησμῷ ἐρησκεύειν τὸν μέγιστον θεὸν, ὡς τοῦτο σωτήριον

A cum quo etiã Oseas rex viuus captus est. Deinde migrare iussa quadam Persica gente ex eo tractu qui ab amne Chutho denominatur, sedes ei designauit in agro Samariæ, cæteráque Israelitarum regione. Migrauerunt igitur decem tribus Israelitarum ex suis sedibus post annos DCCCCXLVII. ex quo maiores eorum Ægyptum egressi armis ea loca suę ditionis fecerunt: post principatum Iesu annis octingentis. post defectionem verò à Roboamo Dauidis nepote ad Hieroboamum, de B qua suprà diximus, annis CCXL. mensibus septem, diebus septem. atque hic fuit finis Israelitarum, qui neque legi subditi esse voluerant, neque prophetas audire, prænunciantes adesse pro foribus hanc calamitatem, ni ab impietate desisterent. omnium autem horum malorum initium fuit illa seditio, per quam à Roboamo defecerunt, seruo ipsius C in locum eius rege constituto: qui contemptis diuinis legibus, & populo per suum exemplum ad eandem iniquitatem pertracto, indignationem cælestis numinis eis conciliauit, & ipse quoque meritas pœnas non effugit. Porro Assyriorum rex cum armis totam Syriam & Phœnicen peragrauit, & nomen eius in Tyriorum annalibus scriptum inuenitur. bellauit enim contra Tyrum regnante D ibi Elulæo, attestante etiam Menandro, qui in suis chronicis, ex Tyriorum annalibus in græcam linguam translatis sic scribit. Is deinde qui Elulæus nominabatur, regnauit annos triginta sex. hic deficientes Cittæos cum classe eò profectus sub imperium suum retraxit. contra quos misso exercitu Assyriorum rex Phœnicen totam inuasit: facta deinde pace, cum copiis domum reuersus est. paulo E post Sidon, Arce, Palætyrus cum multis aliis oppidis à Tyriis ad Assyriorum regem defecerunt: & cùm soli Tyrij facere eius impetrata detrectarent, reuersus est contra eos cum sexaginta nauibus, quas Phœnices instruxerunt, impositis etiam octingentis remigibus. Quibus occurrentes Tyrij cum duodecim nauibus dilecta hostili classe, quingentos ex ea captiuos abduxerunt, quo facinore non mediocrem rei nauali gloriam sibi comparauerunt. Reuertens autem rex Assyrius, custodes ad fluuium & aquæductus disposuit, qui aquari Tyrios prohiberent: quod cùm per continuos quinque annos fieret, coacti sunt effossis puteis inde se sustentare. Hæc sunt quæ in Tyriorum annalibus de Salmanasare Assyrio scripta inueniuntur. Cæterùm noui Samariæ coloni Chuthæi, sic enim tum appellabantur, quod à Persidis regione Chutha, G & flumine Chutho essent traducti, cùm quinque gentium essent, totidem deos patrios secum attulerunt, quos ritu suo colentes Deum maximum ad indignationem irritauerunt. Exorta est enim læua pestilentia, à qua cùm populantur, nullam inuenientes opem oraculo admoniti sunt, vt Deum maximum colerent: nam hoc illis

præsentem salutem allaturum esse. missis igitur ad regem Assyrium legatis, petierunt vt sacerdotes aliquot è captiuis Israelitis ad eos remitteret. quo facto legem & Dei colendi rationem ab eis edocti diligenter eum cœperunt colere: móxque cessauit pestilentia, permanéntque nunc quoque in ea religione Chutæi vocati Hebræis, Græcis verò Samaritę, qui pro præsenti semper conditione temporum mutabiles, quoties feliciter degere Iudæos viderint, cognatos se eorum appellant, vtpote à Iosepho oriundos, & hac ratione sanguine illis coniunctos. quando verò in rebus aduersis eos aspiciunt, nihil ad se pertinere aiunt, nec illis quicquam deberi beneuolentiæ, cùm ipsi ex longè remotis gentibus ad ea loca venerint: de quo aliàs dicetur opportuniùs.

A αὐτοῖς ὧν ἔμαθον. πέμψαντες οὖν πρὸς τὴν ἀσυρίων βασιλέα πρέσβεις, ἐδέοντο ἱερεῖς αὐτοῖς ὧν ἔλαβεν αἰχμαλώτων τοὺς ἰσραηλίτας πολεμήσας, ἀποστεῖλαι. πέμψαντος δ' τὰ τε νόμιμα, καὶ τὸν θεὸν τοῦτον ὁσίαν διδαχθέντες θρησκεύουσιν αὐτὸν φιλοτίμως. καὶ τοῦ λοιμοῦ παραχρῆμα ἐπαύσαντο. χεφόμενοί τε τοῖς αὐτοῖς ἐπὶ καινοῦ ἤθεσι διαπαλοῦσιν, οἱ μὲν τῶν ἑβραίων γλῶτταν χουθαῖοι, καὶ B ἢ τῶν ἑλλήνων σαμάρειται. οἱ πρὸς μεταβολὴν καὶ συγγένειαν ὅταν μὲν εὖ πράττοντας βλέπωσι τοὺς ἰουδαίους συγγενεῖς ἀποκαλοῦσιν, ὡς ἐξ ἰωσήπου φυέντες, καὶ τῶν ἀρχῶν ὀπεῖθεν τῆς πρὸς αὐτοὺς ἔχοντες οἰκειότητος. ὅταν δὲ πλάσαντας ἴδωσιν, οὐδαμόθεν αὐτοῖς προσήκειν λέγουσιν, οὐδὲ εἰκὸς δίκαιον οὐδὲν αὐτοῖς εὐνοίας ἢ χάριτος, ἀλλὰ μετοίκους ἀλλοεθνεῖς ἀποφαίνουσιν ἑαυτούς. ἐγὼ μὲν οὖν τούτων ἕξομαι ὡς ἀληθέστερον εἰπεῖν.

TAAE

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΔΕΚΑΤΩ ΛΟΓΩ ΤΩΝ Ιωσήπου ἱστοριῶν τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Στρατεία τοῦ ἀσσυρίων βασιλέως σεναχηρίβου εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ πολιορκία τοῦ βασιλέως ἐζεκίου. Κεφ. α.

Ως ἐρθάρη τὸ τῶν ἀσσυρίων στράτευμα λοιμικῶς ἐν μιᾷ νύκτι, καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν ἀναζυξας οἴκαδε, ὑπὸ βουλῆς τῶν τέκνων ἀπεθανε. Κεφ. β.

Ως τὸν μεταξὺ χρόνον μὴ εἰρήνης ὄντος ἐζεκίας ἐτελεύτησε, διάδοχον τῆς βασιλείας μανασσῆ καταλιπών. Κεφ. γ.

Οτι στρατεύσαντες ἐπ' αὐτὸν οἱ χαλδαίων καὶ βαβυλωνίων βασιλεῖς, καὶ νικήσαντες αὐτὸν αἰχμάλωτον λαβόντες ἤγαγον εἰς βαβυλῶνα, καὶ καταχόντες αὐτόθι πολιὼ χρόνον, εἰς τιὼ αὐτῶ βασιλείαν πάλιν ἀπέλυσαν. Κεφ. δ.

Ως τὸν ἀμυτταῖον βασιλέα νεχάον, στρατευσάμενον ὑπὸ βαβυλωνίους, καὶ πεισύμενον ὑπὸ τῆς ἰουδαίας τιὼ ὁδὸν κωλύων ὁ βασιλεὺς ἰωσίας ἠπάτα, μάχης δ' ἠμομβμένης, ξαυμασίας κομιθεὶς εἰς ἱεροσόλυμα πελυτᾶ. καὶ τὸν ὑὸν αὐτῶ ἰωάζιλον ἀπέδειξαν οἱ ἱεροσολυμῖται βασιλέα. Κεφ. ε.

Ναβυχοδονοσόρου τοῦ τῶν βαβυλωνίων βασιλέως στρατεία εἰς συρίαν, τὸν βασιλέα ἰωάκιμον φίλον ἰωάγκασεν ἑῦ ὁ σύμμαχον. Κεφ. ς.

Ως μὴ τιὼ αἰχμάλωσιν τιὼ ὑπὸ βαβυλωνίου πάλιν ἰωάκιμος ἐφεύρησε τὰ τῶν ἀμυτταίων, καὶ στρατεύσας ἐπ' αὐτὸν ὁ ναβυχοδονόσορος, τὸν μὲν ἰωάκιμον ἀπέκτεινεν, ἰωάχιμον δ' τὸν ὑὸν αὐτῶ κατέστησε βασιλέα. Κεφ. ζ.

Οτι μετανοήσας καὶ στρατεύσας ὕστερον ἱεροσόλυμα, ἐγκρατὴς τοῦ ἰωαχίμου γίνεται, ὠδηδόνος ἑαυτόν. Κεφ. η.

Οπως σεδεκίαν τῶ ἱεροσολυμιτῶν βασιλέα κατέστησεν ὁ βαβυλώνιος. Κεφ. θ.

Ιεροσολύμων ἅλωσις, καὶ ὡς ὁ ναβυχοδονόσορος τὸν δῆμον μετέστησεν εἰς βαβυλῶνα. Κεφ. ι.

Ως ναβουχοδονόσορος τελευτήσας, διάδοχον κατέλειπε τῆς βασιλείας, τὸν ὑὸν, καὶ ὡς καταλύεται ἡ τούτων ἀρχὴ ὑπὸ κύρου τοῦ περσῶν βασιλέως, καὶ ὅσα συνέβη τοῖς ἰουδαίοις κ' ἕτον τὸν καιρὸν, ὠδὲ τοῖς βαβυλωνίοις. Κεφ. ια.

HÆC IN DECIMO IOSEPHI HISTORIARVM DE Antiquitate Iudaica libro continentur.

Senacheribi Assyriorum regis expeditio Hierosolymitana,& Ezeciæ regis oppugnatio. CAP. I.

Quòd Assyriorum exercitus vna nocte peste absumptus est,& quòd rex eorum domum reuersus filiorum insidiis periit. CAP. II.

Ezecias ab infestatione Assyriorum liberatus cùm aliquandiu vixisset in pace,decedens Manassę filio regnum reliquit. CAP. III.

Manasses à Chaldæorum ac Babyloniorum rege captus,post aliquantum temporis ab eo rursus in regnum suum restituitur. CAP. IV.

Quomodò Nechao Ægyptiorum regi contra Babylonios per Iudæam exercitum ducere volenti prohibiturus occurrerit Iosias,ac pugna commissa,vulneratus & Hierosolyma reductus obierit:eiusque filium Ioazin Hierosolymitani regem constituerint. CAP. V.

Nabuchodonosorus rex Babyloniorum inuadens Syriam,Ioacimum ad amicitiam & societatem suam pertraxit. CAP. VI.

Post discessum Babyloniorum Ioacimum Ægyptiorum rebus rursum fauentem Nabuchodonosorus cum exercitu reuersus interficit,& Ioachimum eius filium pro eo regem constituit. CAP. VII.

& Chaldæorum disciplinis instituendos curabat ac literis, in quibus sanè profecerunt plurimum. in his erant quatuor de Sedeciæ genere, admodum pulchri & egregio præditi ingenio, quorum nomina, Daniel, Ananias, Misael, Azarias. his Babylonius mutauit nomina, & pro Daniele Baltasarem, pro Anania Sedrachem, pro Misaele Misachem, pro Azaria Abdenago appellari iussit: eosque ob egregiam indolem & non mediocrem eruditionem vehementer charos habuit. Cúmque visum fuisset Danieli cum cognatis victitare duriùs, & à regiæ mensæ abstinere eduliis, atque adeò ab animatis omnibus, accesserunt Aschanem eunuchum qui curæ eorum erat præpositus, rogantes vt quæ mittebantur à rege in suos vsus conuerteret, ipsis legumina tantùm & palmulas in alimenta præberet, & si quid aliud præterea vellet inanime. se enim aliis fastiditis talem victum appetere. ille verò ait se gratificari eis cupere, sed vereri ne hoc rex deprehendat extenuatis ipsorum corporibus, & immutata specie, quòd necesse sit vt habitudo & color rationi victus respondeat: idque magis fore conspicuum ex collatione aliorum qui alantur delicatiùs: atque ita propter eos adduci se posse in capitis periculum. Itaque nacti Aschanem nondum admodum difficilem, persuadent vt saltem per decem dies hoc eis permittat experiendi gratia: quòd si corpora eorum nihilo deterius inde habuerint, in eodem victu perseuerare, qui compertus sit innoxius. sin autem detrimentum aliquod inde acceperint, minus speciosi facti quàm alij, ad pristinam diætam eos reduceret. vt verò apparuit non solùm non lædi eos talibus, sed habitiores præ aliis & maiores inde fieri, vt cum eis non essent conferendi qui cibis vescebãtur regiis, sed Daniel cum sociis potius delicatam vitam agere videretur, ex eo tẽpore securè Aschanes partes quæ de regia mẽsa mittebantur pueris, sibi retinebat, & illis apponebat quæ iam diximus. Illi verò vtpote puros iam habentes animos & ad percipiendas disciplinas idoneos, atque etiam firmiora ad laborem corpora, quòd neque illi læderentur aut grauarentur varietate deliciarum, neque hæc simili de causa emollirẽtur, facilè omnem perdidicerũt doctrinam tam Hebraicam quàm Chaldaicam: sed præcipuè Daniel peritus talium artium, coniectandis quoque somniorum significationibus studuit, visiones etiam diuinas videre solitus. Exacto autem biennio post Ægypti populationem Nabuchodonosorus cùm vidisset mirandam visionem, cuius etiam euentum Deus ei in somnis indicauerat, mox vt è stratis surrexit eius oblitus est. Accersitis igitur Chaldæis, & magis ac vatibus, ait se somnium vidisse, & quoniam oblitus sit quale fuerit, velle vt & somnium sibi indicent, & eius significationem. Illis autem respondentibus hoc supra humanas vires esse,

Daniel. 2.

καὶ τὰ τῆ χαλδαίων ἐξεδίδασκε γεάμματα, ἦσαν δ' αὐτοὶ σοφίαν ἱκανοὶ, ὥστε λῶ ἐκπλῆσαι ἐξαίρετον. ἦσαν δ' ἐκ τούτοις τῆ ἐκ τῆ σεδηκίου γένους, πίσαρες καλοὶ τὸ καὶ ἀγαθοὶ τὰς φύσεις, ὧν ὁ μὲν δανιῆλος ἐκαλεῖτο, ὁ δὲ ἀνανίας, ὁ δὲ μισαῆλος, ὁ δὲ πίταρτος ἀζαρίας. τούτοις ὁ βαβυλώνιος μετονόμασε καὶ χρῆσθαι προσέταξεν ἑτέροις ὀνόμασι, καὶ τὸν μὲν δανιῆλον, ἐκάλει βαλτάσαρον, τὸν δὲ ἀνανίαν σεδράχην, μισαῆλον δὲ μισάχην. τὸν δὲ ἀζαρίαν ἀβδεναλῶ. τούτοις ὁ βασιλεὺς δι' ὑπερβολὴν δίφυίας καὶ σπουδῆς τῆς περὶ τὴν παίδευσιν τῆ γεαμμάτων καὶ σοφίας ἐν προκοπῆ γενομένους, εἶχεν ἐν τιμῆ καὶ σέργων διετέλει. δόξαν δὲ δανιήλῳ μὴ τῆ συγγενῶν σκληραγωγεῖν αὐτὸν, καὶ τῆ ἀπὸ τῆς βασιλικῆς ζαπέζης ἐδεσμάτων ἀπέχεσθαι, καὶ καθόλως πάντων τῆ ἐμψύχων, προσελθὼν ἀρχιη τῆ τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῆ ἐπιτεταμμένῳ δυνούχῳ, τὰ μὲν ὦδε τὸ βασιλέως αὐτοῖς κομιζόμενα παρεκάλεσεν αὐτὸν αἱρεῖσθαι λαμβάνοντα, παρέχειν δὲ αὐτοῖς ὄσπρια καὶ φοίνικας εἰς δίαζοφὴν, ἕως ἔτι τῆ ἀφύχων ἕτερα βούλοιτο. πρὸς γὰρ τῷ τοιαύτῳ δίαιταν αὐτοὺς ἐκκεκινεῖσθαι, τῆς δ' ἑτέρας προφερεῖν. ὁ δὲ, εἰ μὲν ἕτοιμος ὑπηρετεῖν ἔλεγεν αὐτῶν τῆ προαιρέσει, ὑφορᾶσθαι δὲ μὴ κατάδηλοι τῆ βασιλεῖ γένωνται, ἐκ τῆς τῆ σωμάτων ἰσχνότητος, καὶ τῆς τροπῆς τῆ χαρακτῆρος, συμμεταβαλεῖν γὰρ αὐτῆς ἀνάγκη τὰ σώματα, καὶ τὰς χρόας ἅμα τῆ διαίτῃ, καὶ μάλιστα τῆ ἄλλων παίδων διαφθοίτων, ἐλεγχθέντες αἴτιοι κινδύνου καὶ τιμωρείας αὐτῷ κατασταῖεν. ἐχέτω τοίνυν πρὸς τοῦτο διλαβῶς τὸν ἀρχιμάγειρον, πιέδουσιν ὅτι δέκα ἡμέρας ταῦτα φθαρχεῖν αὐτοῖς πείρας ἕνεκα, καὶ μὴ μεταβαλλούσης ὡμῶν αὐτοῖς τῆς τῆ σωμάτων ἕξεως, ἐπιμένειν τοῖς αὐτοῖς ὡς οὐδὲν ἔτι εἰς αὐτῶν βλαβησομένων. εἰ δὲ μειωθέντας ἴδοι καὶ κάκιον τῆ ἄλλων ἐχόντας, ὅτι τῶν προτέρων αὐτοὺς δίαιταν ἄγειν. ὡς δὲ, οὐ μόνον οὐδὲν αὐτοὺς ἐλύπει τῶν ζοφῶν ἐκείνων προσφερομένους, ἀλλὰ καὶ τῆ ἄλλων ὑγιαίνεσι τὰ σώματα, καὶ ἐντεῦθεν μείζονες γένοντο, ὡς τοὺς μὲν ἐδεστέρους ὑπολαμβάνειν, οἷς τὴν βασιλικὴν συνέβαινεν ἐπὶ χορηγίαν, τοὺς δὲ μὴ τῆ δανιήλου, δοκεῖν ἐκ ἀφθονίαν καὶ ζυφῆ τῆ πάση βιοῶν, ἔκτοτε μὴ ἀδείας ὁ ἀρχιμάγειρος ἀ μὲν ἀπὸ τῆ δείπνου καθημέραν συνήθως ἔπεμπε τοῖς παισὶν ὁ βασιλεὺς, αὐτὸς ἐλάμβανεν, ἐχορήγει δὲ αὐτοῖς τὰ προειρημένα. οἱ δ' ὡς καὶ τῆ ψυχῶν αὐτοῖς δι' ἐκ τούτου καθαρῶν καὶ πρὸς τὴν παίδειαν ἀκραφνῶν γεγυμνασμένων, ἢ τῆ σωμάτων πρὸς φιλοπονίαν δυτονωτέρων, οὔτε γὰρ ἐκείνας ἐλωβοῦντο καὶ βαρείας ἔχον ὑπὸ ζυφῆς ποικίλης, οὐδὲ ταῦτα μαλακώτερα διὰ τὴν αὐτῶν αἰτίαν, πᾶσιν ἑτοίμως ἐξήμαθον παιδείας, ἥπερ ἦν παρὰ τοῖς ἑβραίοις καὶ τοῖς χαλδαίοις. μάλιστα δὲ δανιῆλος, ἱκανῶς ἤδη σοφίας ἐμπείρως ἔχων, πρὸς καὶ σεις ὀνείρων ἐπιπουδάκει, καὶ τὸ θεῖον αὐτῷ φανερὸν ἐ-

ηλύετο. μεθ' ἕτος δεύτερον τῆς αἰχμαλώτου παρθήσεως, ὁ βασιλεὺς ναβουχοδονόσορος, ὄναρ ἰδὼν θαυμαστὸν, οὗ τὴν ἔκβασιν αὐτὸς αὐτῷ καὶ τίς ὕπνους ἐδήλωσεν ὁ θεὸς, τούτου μὲν ὅπλα ἐπάνεται, διαναστὰς ἐκ τῆς κοίτης. μεταπεμψάμενος δὲ τοὺς χαλδαίους καὶ τοὺς μάγους, καὶ τοὺς μάντεις, ὡς εἶπε ὄναρ ἑωρακὼς ἔλεγεν αὐτοῖς. καὶ τὸ συμβεβηκὸς πρὸς τὴν λήθην ὧν εἶδε μιμούμενος, ἐκέλευσεν αὐτοὺς λέγειν ὅπως ἴδῃ τὸ ὄναρ, καὶ τί τὸ σημεῖον. τῆ δὲ, ἀδύνατον εἶναι λεγόμενον αἰθρώποις τοῦθ' ὑρᾶν,

εἰ δὲ

εἰ δ' αὐτοῖς ἔκδοτο τὸν ὄνειρον τῷ ἐναντίον φράσειν τὸ σημαῖνον ὑποχομένων, θάνατον ἠπείλησεν αὐτοῖς, εἰ μὴ τὸ ὄναρ εἴποιεν. προστάττει δὲ πάντας αὐτοὺς ἀναιρεθῆναι, ποιῆσαι τὸ κελευσθὲν ὁμολογήσαντας μὴ δύνασθαι. Δανιὴλος δ' ἀκούσας ὅτι προστάττει πάντας τοὺς σοφοὺς ὁ βασιλεὺς ἀποθανεῖν, ἐν τούτοις δὲ καὶ αὐτὸν μετὰ τῆς συγγενῶν κινδυνεύειν, προσεισιν ἀρειόχῳ τῷ τῶν σωματοφυλάκων τῷ βασιλέως ἀρχιμαγείρῳ. καὶ δυνατὸς παρ' αὐτοῦ τὴν αἰτίαν μαθεῖν, δι' ἣν ὁ βασιλεὺς πάντας εἰς προσταχὺς ἀναιρεθῆναι τοὺς σοφοὺς, καὶ χαλδαίους καὶ μάγους, καὶ μαθὼν τὸ παρὰ τὸ ἐνύπνιον, καὶ ὅτι κελευσθέντος ὑπὸ τοῦ βασιλέως τοῦτ' αὐτῷ δηλοῦν ὑπελείποντο, φήσαντος μὴ δύνασθαι, παρεξιέναι αὐτὸν, παρεκάλεσε τὸν ἀρειόχην, εἰσελθόντα πρὸς τὸν βασιλέα, μίαν αἰτήσασθαι νύκτα τοῖς μάγοις, καὶ ταύτην τὴν ἀναίρεσιν ὑπαχεῖν. ἐλπίζειν γὰρ δι' αὐτοῦ δυνατὸς τοῦ θεοῦ, γνώσεσθαι τὸ ἐνύπνιον. ὁ δὲ ἀρειόχης ταῦτ' ἀπήγγειλε τῷ βασιλεῖ Δανιήλου ἀξιοῦντος. καὶ ὁ μὲν κελεύει τὴν ἀναίρεσιν τῶν μάγων ὑπαχεῖν, ἕως γνῷ τὴν ὑπόφασιν τοῦ Δανιήλου. ὁ δὲ πᾶς, μετὰ τῶν συγγενῶν ὑποχωρήσας πρὸς ἑαυτὸν, δι' ὅλης ἱκετεύει τὸν θεὸν τῆς νυκτὸς, γνωρίσαι, καὶ τοῖς μάγοις καὶ τοῖς χαλδαίοις, οἷς δι' καὶ αὐτοὺς σωθῆναι, ῥύσασθαι τῆς τοῦ βασιλέως ὀργῆς, ἐμφανίσαντα τὴν ὄψιν αὐτῷ καὶ ποιήσαντα δηλονότι ὁ βασιλεὺς ὑπελείπετο δι' ἀπὸ τῆς παρελθούσης νυκτὸς, ἰδὼν κατὰ τοὺς ὕπνους. ὁ δὲ θεὸς οἰκτίρας τε καὶ δυνάμενος ἐλεῆσαι, καὶ τὸν Δανιήλου τῆς συμφορᾶς ἀγασθέντα, τότε ὄναρ αὐτῷ γνώριμον ἐποίησε καὶ τὴν κρίσιν, ὡς αὐτὸς καὶ τὸ σημαινόμενον ὁ βασιλεὺς παρ' αὐτοῦ μάθοι. Δανιὴλος δὲ χαίρει τοῦ θεοῦ ταῦτα, προσευχὴν ποιησάμενος, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς δηλώσας, τοὺς μὲν ἀπεγνωκότας ἤδη τὸ ζῆν καὶ πρὸς τὴν θνατὴν τὴν διάνοιαν ἔχοντας, εἰς δ' ἐλπίδας καὶ τὰς περὶ τοῦ βίου διήγειρεν ἐλπίδας. δι' ἀρετὴν δὲ τοῦ θεοῦ παρ' αὐτοῦ ἔλεον λαβόντι τῆς ἡλικίας αὐτῶν, χθιζοῦ τὴν ἡμέραν ἐδεήθησαν πρὸς τὸν ἀρειόχον, καὶ ἄγειν αὐτὸν αὐτὸν ἄξιον πρὸς τὸν βασιλέα. δηλώσαι γὰρ αὐτῷ βούλεσθαι τὸ ἐνύπνιον, ὃ φησὶν ἰδεῖν περὶ τῆς παρελθούσης νυκτός. εἰσελθὼν δὲ πρὸς τὸν βασιλέα Δανιὴλος, παρητεῖτο πρῶτον, μὴ σοφώτερον αὐτὸν δόξαι τῶν ἄλλων χαλδαίων καὶ μάγων. ὅτι μηδενὸς ἐκείνων τὸ ὄναρ δύνασθαι συνιδόντος, αὐτὸς αὐτὸ μέλλοι λέγειν. οὐ γὰρ κατ' ἐμπειρίαν, οὐδ' ὅτι τῶν διάνοιαν αὐτῷ μᾶλλον ἐκπεπόνηται, τοῦτο γίνεσθαι. ἀλλ' ἐλεήσας ἡμᾶς φησὶν ὁ θεὸς κινδυνεύοντας ἀποθανεῖν, δηλονότι πρός τε τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς καὶ τῶν ὁμοεθνῶν, καὶ τὸ ὄναρ καὶ τὴν κρίσιν αὐτῷ φανερὸν ἐποίησεν. οὐκ ἔστιν γὰρ τῆς ἐφ' ἡμῖν αὐτοῖς καταδικασθῆσαι ὑπὸ σοῦ μὴ ζῶν λύπης, πρὸς τῆς σῆς αὐτῷ δόξης ἐφέντιζον, ἀδίκως οὕτως ἄνδρας καὶ ταῦτα καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς, ἀποθανεῖν κελεύσαντος, οἷς οὐδὲν μὴ ἀθεμίτου σοφίας ἐχόμενον προστάξας, ὅτι δ' ἔργον θεοῦ, τοῦτ' ἀπῄτεις παρ' αὐτῶν. σοὶ τοίνυν φροντίζοντι περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ κόσμου παντὸς, μετὰ σὲ, κατακοιμηθέντα βουλόμενος δηλῶσαι πάντας ὁ θεὸς τοὺς βασιλεύσοντας, ὄναρ ἔδειξε τοιοῦτον. ἔδοξας ὁρᾶν ἀνδριάντα μέγαν ἑστῶτα. οὗ τὴν μὲν κεφαλὴν συνέβαινεν εἶναι χρυσῆν, τοὺς δὲ ὤμους καὶ τοὺς βραχίονας ἀργυρᾶς, τὴν δὲ γαστέρα καὶ τοὺς μηροὺς, χαλκοῦς, κνήμας δὲ καὶ πόδας, σιδηροῦς.

A quòd si exponeret visionem somnij, pollicentibus interpretationem, minatus est mortem nisi somnium etiam indicarent: & cùm negarent se id posse, necari omnes imperat. Tum Daniel audito quòd omnes sapientes iussissèt occidi, & inter hos se quoque cum suis cognatis esse in periculo, adiit Ariochum regij præfectum satellitij: rogauítque causam cur ita rex statuissèt in omnes sapientes & magos atque Chaldæos animaduertere: & cognito B quòd cùm oblitus esset somnij, iussissétque eos id sibi indicare, nec illi potuissent, ad iram commotus sit, impetrauit vt præfectus vnius noctis dilationem magis à rege peteret. spem enim sibi esse, Deum ea ipsa nocte exoratum indicaturum esse id somnium. quæ Danielis postulata cùm per Ariochum regi essent renunciata, iussit eædem magorum differri, tantisper dum hanius promissi illum experiretur. puer verò cum locus digressus in suum C cubiculum, per totam noctem supplex Deum precibus solicitauit, vt rem sibi aperiret, & magos cum quibus & ipsi periclitarentur, ab ira regis eriperet, manifestata sibi visione quam rex præterita nocte visam clabi è memoria passus sit. Deus autem & periclitantes miseratus, & Danielis sapientia delectatus, tam somnium quàm eius interpretationem ei notam reddidit, vt hanc per eum rex cognosceret. Ille hac reuelatione lætus, surgens fratribus eam indicat, iam desperantibus vitam, & tantùm de morte cogitantibus: hortatúrque vt tranquillo sint animo, & de vita melius sperare non dubitent. Cum quibus actis Deo gratiis quòd ætatem eorum esset miseratus, Ariochum adit initio diei, rogans vt se ad regem ducat, indicaturum ei somnium quod proxima ante hanc nocte viderat. Ad quem ingressus primùm deprecatus est eam opinionem, quasi ipse Chaldæis & magis esset sapientior, quòd nemine illorum valente inuenire somnium, ipse id esset indicaturus. non enim sua peritia, vel quòd intellectu alios præcellat, id fieri: sed Deus, inquit, nos de vita periclitantes miseratus est: rogantíque mihi pro mea populariúmque vita, & somnium & eius significationem aperuit. neque enim tam me sollicitum habuit ea tristitia, quòd à te indigni vita essemus iu- F dicati, quàm metus de existimatione tuæ gloriæ, cùm tot viros bonos & honestos necari iuberes, ídque iniuria, quòd non esset humana sapientia comprehensibile quod mandabas, solo Deo valente præstare quod cuperes. Ergo cùm hæc te cura teneret, quisnam post te potiturus esset orbis imperio, dormienti tibi Deus volens omnes regnaturos ostendere, tale immisit somnium: videbaris tibi videre statuam grandem stantem, cuius caput G erat aureum, humeri ac brachia argentea, venter & femora ærea, crura ac pedes ferrei.

deinde saxum vidisti abruptum à monte in A statuam illam incidere, & hanc deiectam conterere, vt nulla eius pars maneret integra, sed aurum, argentum, æs & ferrum abiret in minutiorem farina puluerem: cúmque ingruente venti vi diffiatum in terras diuersissimas. Saxum verò illud tam magnum accepisse incrementum, vt quantum est terrarum sua mole opprimeret. Et hoc quidem est quod vidisti somnium, quod in hunc modum interpretari oportet. Aureum illud caput te sig- B nificat, & alios reges ante te Babylonios. duæ verò manus & humeri duo portendunt, quòd à duobus regibus vestrum imperium delebitur. illorum quoque imperium alius ab occidente veniens tollet è medio, amictus armis æreis. Huius quoque vires debellabuntur ab alio ferro simili, cui propter naturam ferri nihil poterit resistere, quòd ea sit auro, argento ac ære validior. adiecit & de saxo interpretationem Daniel, sed mihi hoc narra- C re non libuit, cuius propositum est præterita, non etiam futura, scribere. quod si quis veritatis auidus non desistit inquirere, futurorum quoque obscuros euentus cupiens discere, det operam vt Danielis librum perlegat, qui habetur inter sacras literas. Porrò Nabuchodonosorus his auditis agnoscens suum somnium, attonitus est Danielis indole, & procidens in faciem, eum non aliter quàm Deum adorauit, diuinis iuuenem dignatus D honoribus. Nec hoc contentus impositio ei Dei sui nomine, vniuersæ ditioni suæ præpositum esse voluit, cum eóque simul eius consanguineos: qui ob hæc inuidiosi facti in periculum inciderunt, offenso rege propter causam talem. Rex fabrefacta aurea statua, alta sexaginta, lata sex cubitos, in campo magno Babylonis eam statuit: quam dedicaturus conuocauit ex omni sua ditione principes, eíque mandauit, vt quamprimùm tubæ dari signum E audierint, procidentes in faciem adorent statuam. quod qui non fecerit, pœnam proposuit vt coniiciatur in ardentis fornacis incendium. Cùm igitur omnes audito tubæ signo adorarent eam statuam, Danielis cognati negauerunt se hoc facturos, quòd nollent patrias leges transgredi. móxque delati, & in ignem coniecti diuina seruati sunt prouidentia, & præter omnium opinionem euaserunt mortis periculum. Ignis enim eos non attigit, sed quasi sentiens iniustè in fornacem coniectos, pepercit, & non exeruit vim suam in F iuuenes, Deo inuicta flammis faciente horum corpora: quæ quidem res magis etiam eos regi commendauit, quòd probos & Deo charos esse animaduerteret: quo factum est vt semper in maximo apud eum honore haberentur. Non multò deinde pòst, rursum aliud dormiens rex vidit in somnium, quòd priuatus regno vitam acturus esset inter bestias, & post exactum G eo modo septennium, denuò restituendus esset in pristinum imperium. quo viso rursum conuocatis magis percontatus est quid significet.

Daniel. 3.

Daniel. 4.

ἔπειτα λίθον εἶδες ἀπὸ ὄρους ἀποῤῥαγῆντα, ἐμπεσόντα τῷ ἀνδριάντι, καὶ τοῦτον καταβαλόντα, συντρῖψαι, καὶ μηδὲν αὐτοῦ μέρος ὁλόκληρον ἀφεῖναι, τὸν δὲ χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον, καὶ τὸν σίδηρον καὶ τὸν χαλκὸν, ἀλθώδεσι λεπτότερον γενέσθαι. καὶ τὸν ὑφ' αἵματος ἀνδριάντος σφοδροτέρου, ὑπὸ τῆς βίας ἁρπαγῆναι διὰ παντὸς. τὸν δὲ λίθον αὐξῆσαι τοσοῦτον, ὡς ἅπασαν ὑπ' αὐτοῦ τὴν γῆν δοκεῖν πεπληρῶσθαι. τὸ μὲν οὖν ὄναρ ὅπερ εἶδες, τοῦτ' ἐστιν, ἡ δὲ κρίσις αὐτοῦ, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. ὁ μὲν χρυσῆ κεφαλὴ σέ τε ἐδήλου, καὶ τοὺς πρὸ σοῦ βασιλεῖς βαβυλωνίους ὄντας. αἱ δὲ δύο χεῖρες καὶ οἱ ὦμοι σημαίνουσιν, ὑπὸ δύο καταλυθήσεσθαι βασιλέων τὴν ἡγεμονίαν ὑμῶν. τὴν δ' ἐκείνων ἑτέρας τις ἀπὸ δύσεως καθαιρήσει, χαλκῆν ἡμφιεσμένος. καὶ ταύτην ἄλλη παύσει τὴν ἰσχύν, ὁμοία σιδήρῳ, καὶ κρατήσει εἰς ἅπασαν ὁμοίως τὴν τοῦ σιδήρου φύσιν, εἴπερ δὲ αὐτὴν στερροτέραν τῆς τοῦ χρυσοῦ & τοῦ ἀργυροῦ καὶ τοῦ χαλκοῦ. ἐδήλωσε δὲ καὶ περὶ τοῦ λίθου Δανιήλης τῷ βασιλεῖ, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὐκ ἔδοξε τοῦτο ἱστορεῖν, τὰ παρελθόντα καὶ τὰ γεγενημένα συγγράφειν, οὐ τὰ μέλλοντα ὀφείλοντι. εἰ δέ τις τῆς ἀληθείας ζηλωτὴς μᾶλλον οὐ φθείσεται πολυπραγμονεῖν, ὡς καὶ περὶ τούτων ἀδήλων εἰδήσεται βούλεσθαι μανθάνειν, ἀπουδασάτω τὸ βιβλίον ἀναγνῶναι τοῦ Δανιήλου, εὑρήσει δὲ τοῦτο ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν. ὁ δὲ βασιλεὺς ναβουχοδονόσορ ἀκούσας ταῦτα καὶ θηγμοὺς τὸν ὄναρ, ἐξεπλάγη τὴν τοῦ Δανιήλου φύσιν. καὶ πιστὸν ὅτι θεόσπορον, ᾧ θρόπῳ τὸν θεὸν θεοσκυοῦσι, τούτῳ τὸν Δανιήλον ἱσπάζετο, καὶ θύειν ἐκέλευε καὶ ὡς θεῷ θεοσέταξεν. οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ τιμῶν θεοσηρείαν αὐτοῦ τοῦ ἰδίου θεοῦ θήμενον, ἁπάσης δεσπότην τῆς βασιλείας ἐποίησε, & τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ, οὓς ὑπὸ φθόνου καὶ βασκανίας, εἰς κίνδυνον ἐμπεσεῖν συνέβη, τῷ βασιλεῖ θεοσκεύσαντας ἐξ αἰτίας τοιαύτης. ὁ βασιλεὺς κατασκευάσας χρύσεον ἀνδριάντα, πηχῶν τὸ μὲν ὕψος ἑξήκοντα, πλάτος δὲ ἓξ, στήσας αὐτὸν ἐν τῷ μεγάλῳ τῆς βαβυλῶνος πεδίῳ, καὶ μέλλων καθιερώσειν, συνεκάλεσεν ἐξ ἁπάσης ἧς ἦρχε γῆς τοὺς πρώτους, πρᾶτον αὐτοῖς θεσσάξας, ὅτε σημαινούσης ἀκούσωσι τῆς σάλπιγγος, τότε πεσόντας θεοσκυεῖν τὸν ἀνδριάντα. τοὺς δὲ μὴ ποιήσαντας, ἐμπέλασεν εἰς τὸν τοῦ πυρὸς ἐμβληθήσεσθαι κάμινον. πάντων οὖν μὲν τὸ σημαινούσης ἐπακοῦσαι τῆς σάλπιγγος & θεοσκυούντων τὸν ἀνδριάντα, τοῦ Δανιήλου συγγενεῖς οὐ ποιῆσαι τοῦτο φασὶ, μὴ βουληθέντας παραβαίνειν τοὺς πατρίους νόμους. καὶ οἱ μὲν ἐλεγχθέντες, διὰ τάχους εἰς τὸ πῦρ ἐμβληθέντες, θεία σώζονται θεονοίᾳ, καὶ παραδόξως διαφεύγουσι τὸν θάνατον. οὐ γὰρ ἥψατο τὸ πῦρ αὐτῶν. ἀλλά κῆ λογισμὸν οἶμαι τοῦ μηδὲν ἀδικήσαντας εἰς αὐτὸ βληθῆναι οὐχ ἥψατο, καίειν δ' ἀθυμεῖ ἰδὲ ἔχον ἐν ἑαυτῷ τοὺς παῖδας, τοῦ θεοῦ κρείττονα τὰ σώματα αὐτῶν ὡς τε μὴ διαπυηθῆναι ὑπὸ τοῦ πυρὸς παραδόξως διασώσαντος. τοῦτο συνέσησεν αὐτοὺς τῷ βασιλεῖ ὡς δικαίους καὶ θεοφιλεῖς. διὸ μὴ πάσης ἀξιούμενοι παρ' αὐτοῦ τῆς τιμῆς διετέλουν. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον χρόνῳ, πάλιν ὁρᾷ κῆ τοὺς ὕπνους ὁ βασιλεὺς ὄψιν ἑτέραν. ὡς ἀπιστῶν τῆς ἀρχῆς, μὴ θηρίων ἔξει τιμὴν διαιτᾶσθαι, καὶ διαζήσας οὕτω, ὅτι τῆς ἐρημίας ἔτεσιν ἑπτὰ, αὖθις τιμῶν ἀρχῶν ἀποληφθήσεται. τοῦτο θεασάμενος τοίνυν, πάλιν τοὺς μάγους συγκαλέσας, ἀνέκρινεν αὐτοὺς περὶ αὐτοῦ, καὶ τὶ σημαίνει λέγειν ἠξίου.

ὁ μὲν

τῆδ μὴν οὐ ἄλλων οὐθεὶς ἐδυνήθη τὼν τὸ ἐνυπνίου
σχήσειαν δύρεῖν οὐδ' ἐμφανίσαι τῷ βασιλεῖ, δανιὴλος δὲ μόνος καὶ ταῦτα ἐκεῖνε, καὶ καθὼς ἔδει τὰ
αὐτῷ προεῖπεν ἀπέβη, σχεδὸν γὰρ δὴ τῆς ἐρημίας
τὸν προειρημένον χρόνον οὐδενὸς τολμήσαντος ἔνδο-
θέσθαι τοῖς προάγμασιν ὥδε τὼν ἐπιταγὴν, ἀνδ-
θεὶς τὸ θεοῦ τὼν βασιλείαν ἀπολαβεῖν, πάλιν εἰς
αὐτὼν ἐπανήρχετο. ἐγκαλέσαι δέ μοι μηδεὶς οὗ-
τως ἕκαστα τούτων ἀπαγγέλλοντι σχῆς τῆς γραφῆς, ὡς
ἐν τοῖς ἀρχαίοις δύειτο βιβλίοις. καὶ γὰρ δὴ θς ἐν
ἀρχῇ τῆς ἱστορίας, προὸς τοὺς ἐπιζητήσοντας τὰ τῆδ
προαγμάτων ἢ μεμφομένους ἀσφαλισάμενος, μόνον
μεταφράζειν τὰς ἑβραίων βίβλους εἶπον εἰς τὼν
ἑλλάδα γλῶτταν, καὶ ταῦτα δηλώσειν, μήτε προσ-
θεὶς τὶ τοῖς προάγμασιν αὐτὸς ἴδιον, μήτ' ἀφαιρεῖν
ὑπεχόμενος. ὁ δὲ βασιλεὺς ναβουχοδονόσορος, ἔτη
πεντεκαιεικοσαετίαν βασιλεύσας, τελευτᾷ τὸν βίον.
αὐὴρ δὲ εὐσεβείᾳ καὶ τῷ προὸ αὐτοῦ βασιλέων δυ-
χάσειος γεγόμενος. μέμνηται δ' αὐτοῦ τῶν προάξεων
καὶ βηρωσσὸς ἐν τῇ ξύτῃ τῆδ χαλδαϊκῶν, λέγων οὕ-
τως. ἀκούσας δ' ὁ πατὴρ αὐτοῦ ναβουχοδονόσορος,
ὅτι ὁ ταγμάτων σατράπης, σὺν αἰγύπτῳ καὶ τῆς
προὸς τὼν κοίλων συρίας καὶ τὼν φοινίκων πόσοις,
ἀποστάτης αὐτοῦ γέγονεν, οὐ δυνάμενος αὐτὸς ἐπ κα-
κοπαθεῖν συνήσας τῷ ναβουχοδονοσόρῳ ὅτι ἐν ἡλι-
κίᾳ μέρη πνὰ τῆς δυνάμεως, ἔπεμψεν ἐπ' αὐτόν.
συμμίξας δὲ ναβουχοδονόσορος τῷ ἀποστάτῃ καὶ πα-
ραταξάμενος, αὐτοῦ τὸ ἐκράτησε, καὶ τὼν χώραν
ἐκ ταύτης τῆς ἀρχῆς ὑπὸ τὼν αὐτοῦ βασιλείαν ἐ-
ποιήσατο. τῷ δὲ πατρὶ τῷ ναβουχοδονοσόρῳ συμ-
βὰν κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν ἀρρωστήσαντι ἐν τῇ βαβυ-
λωνίων πόλει, μεταλλάξαι τὸν βίον, ἔτη βασι-
λεύσαντι εἰκοσιέ. ἀναδόμενος δὲ μετ' οὐ πολὺν
χρόνον τὼν τοῦ πατρὸς τελευτὼν ναβουχοδονοσό-
γου, καὶ καταστήσας τὰ κατὰ τὼν αἰγύπτιον προάγ-
ματα καὶ τὼν λοιπὴν χώραν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους
ἰουδαίους τε καὶ φοινίκων καὶ σύρων, καὶ τῷ κατὰ
τὼν αἴγυπτον ἐθνῶν, καὶ συντάξας ποσὶ τῷ φί-
λων μετὰ τῆς βαρύτητος δυνάμεως καὶ τῆς λοιπῆς
ὠφελείας ἀνακομίζειν εἰς τὼν βαβυλωνίαν, αὐτὸς
ὁρμήσας ὀλίγοσὸς ἀπὸ τῆς ἐρήμου παρεγένετο εἰς βα-
βυλῶνα. ἀναλαβὼν δὲ τὰ προάγματα, διοικού-
μενα ὑπὸ τῷ χαλδαίων, καὶ ἐπιτερπόμενος τὼν
βασιλείαν ὑπὸ τοῦ βελτίστου αὐτῶν, κυριεύσας ὁ-
λοκλήρου τῆς πατρικῆς ἀρχῆς, τοῖς μὲν αἰχμαλώ-
τοις ἀναχθομένοις, συνέταξεν ἀποικίας ἐν τοῖς ἐ-
πιτηδειοτάτοις τῆς βαβυλωνίας τόποις. αὐτὸς δ' ὑ-
πὸ τῷ ἐκ τοῦ πολέμου λαφύρων, τό τε τοῦ βήλου ἱε-
ρὸν καὶ τὰ λοιπὰ κοσμήσας φιλοτίμως, τὼν τε ὑ-
παρχουσαν ἐξ ἀρχῆς πόλιν, καὶ ἑτέραν προσάμε-
νος, καὶ αἰαγκάσας, προὸς τὸ μηκέτ' δύνασθαι τοὺς
πολιορκοῦντας τὸν ποταμὸν ἀναστρέφαντας δὴ τὼν
πόλιν κατασκάζειν. προεβάλετο δὲ ξεῖς μὲν τῆς
σύδον πόλεως προβόλους, ξεῖς δ' ἔξω, τοῦτο γ τῆς ὁπλῆς πλίνθου. καὶ τειχίσας ἀξιολόγως τὼν πόλιν,
καὶ τοὺς πυλῶνας κοσμήσας ἱεροπρεπῶς, κατεσκεύασεν ἐν τοῖς πατρικοῖς βασιλείοις ἕτερα βασι-
λεία ἐγκώμια αὐτῶν. ὧν τὸ μὲν αἴσθημα καὶ τὼν λοιπὼν πολυτέλειαν, προσὸν ἴσως αὐ εἶν λέ-
γειν. πλὴν ὅσον τε τὰ μεγαλεῖα καὶ ὑπερήφανα συνετελέσθησαν ἡμέρας δεκαπέντε. ἐν δὲ
τοῖς βασιλείοις πύλαις, ἀναλήμματα λίθινα αἰωροδρόμησε, τὼν ὄψιν ὑποδοχὴ ὁμοιότητα τῆς ὕλης.

A Eius intellectum nemo alius inuenire & regi indicare potuit, solus Daniel quid portenderet coniectura assecutus est: & qualem hic prædixit, talis etiam euentus effuit. nam cum in solitudine tempus prædictum exegisset, nemine sceptrum toto audente inuadere dominium, exorato Deo rursum in regnum suum restitutus est. Nemo autem mihi vitio debet vertere, quòd hæc ita vt in antiquis libris inuenio, scriptis meis infero. Talibus enim criminatoribus dudum occurri in exordiis huius
B historiæ, palàm profitens me tantum Hebraicorum voluminum in Græcam linguam interpretem: & quæ illic continentur bona fide relaturum me promisi, nec addentem quicquam de meo, nec auferentem etiam. Cæterùm Nabuchodonosorus cùm regnasset annos XLIII. vitam finiit, vir industrius, & prioribus regibus longè fortunatior. Meminit eius & Berosus in tertio rerum Chaldaicarum libro his verbis. XIII.
C Pater autē Nabuchodonosorus audito quòd Satrapa quem Ægypto & Cœlæ Syriæ Phœniciæque præfecerat, à se defecisset, cùm non posset amplius ferre labores militiæ, tradita iuniori Nabuchodonosoro copiarum parte, iussit hunc contra illum proficisci. qui collatis signis cum defectore congressus, & ipsum deuicit, & regiones eius ad suum imperium retraxit. Interea patet Nabuchodonosorus apud Babylonem morbo absumptus est, cum regnasset
D annos XXI. Nabuchodonosorus verò non multo post patris morte cognita, & constitutis Ægypti ac reliquarum regionum negotiis, demandataque amicis cura captiuorum Iudæorum, Syrorum, Phœnicum & Ægyptiorum traducendorum in Babyloniam cum exercitu & impedimentis, ipse cum paucis per desertum Babylonem properauit. Et cùm assumpsisset regni administrationem, quæ interim pe-
E nes Chaldæos fuerat, & ab eorum primo seruata erat in eius reditum, factus est totius paterni imperij dominus. ac primùm omnium captiuos recens adductos per opportuna Babyloniæ loca in colonias distribuit: deinde spoliis bello partis Beli templum & alia quædam magnificè exornauit. auxit etiam & reparauit antiqua vrbis ædificia, munito & flaminis alueo, ita ne hostes eo possent vti ad ciuitatis incommodum. Tres quoque murorum ambitus intra vrbem extruxit, & totidem foris
F circūdedit, omnes è coctilibus lateribus. cúmque memorabilibus operibus ciuitatem munisset, & portas in templorum modum ornasset, paternæ regiæ cōtignam extruxit aliam regiam, cuius substructiones & reliquam magnificentiam fortè superuacaneum esset dicere: vnum silere non possum, quòd tam amplam & superbum ædificium intra quindecim dies absolutum est. In hac regia moles saxeas formi-
G cibus suspendit, montium speciem referentes, superne consitas variis arborum generibus,

atque ita celebratos illos pensiles hortos absoluit, eo quòd vxor educata in Media concupisset quandam patriæ suæ similitudinem. Horum hortorum etiam Megasthenes in quarto rerum Indicarum volumine meminit, vbi ostendere conatur quòd hic rex virtute & rerum gestarum magnitudine Herculem longè à tergo reliquerit. subiugasse enim eum & vrbem Africæ primariam, & bonam partem Hispaniæ. Sed & Diocles in secundo rerum Persicarum libro eius regis mentionem facit, & Philostratus tam in Phœnicum quàm in Indorum historiis, quòd hic rex per tredecim annos Tyrum oppugnauerit, regnante apud eam vrbem Ithobale. Atque hæc sunt quæ de hoc rege apud historicos inuenio.

καὶ καταφυτεύσας δένδρεσι παντοδαποῖς, ἐξειργάσατο καὶ κατεσκεύασε τὸν καλούμενον κρεμαστὸν παράδεισον. διὰ τὸ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ὀδυνᾶσθαι τῆς οἰκείας διαθέσεως, ὡς τεθραμμένην ἐν τοῖς κατὰ μηδίαν τόποις. καὶ μεγαθυμίᾳ δὲ, ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἰνδικῶν, μνημονεύει αὐτοῦ, δι' ἧς δοκοφαίνειν πειρᾶται τοῦτον τὸν βασιλέα, τῇ ἀνδρείᾳ καὶ τῷ μεγέθει τῶν πράξεων, ὑπερβεβηκότα τὸν ἡρακλέα. κατασρέψασθαι γὰρ αὐτὸν φησὶ λιβύης τὴν πόλιν, καὶ ἰβηρείας. καὶ διοκλῆς δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν περσικῶν, μνημονεύει τούτου τοῦ βασιλέως, καὶ φιλόστρατος ἐν ταῖς ἰνδικαῖς αὐτοῦ καὶ φοινικικῆς ἱστορίας. ὅτι ἔσχε ὁ βασιλεὺς ἐπολιόρκησε τύρον ἔτη ιγ'. βασιλεύοντος κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἰθοβάλου τῆς τύρου. καὶ τὰ μὲν ὑπὸ πάντων ἱστορούμενα περὶ τούτου τοῦ βασιλέως, ταῦτα ἦν.

Cap. XII.

De successoribus Nabuchodonosori, & quòd Cyrus eorum imperium in Persas transtulit, & quomodo se tum res Iudæorum apud Babylonios habuerint.

Cæterùm post Nabuchodonosori obitum Abilamarodachus eius filius regnum suscepit, qui mox Hierosolymorum regem Iechoniam è vinculis dimisit, & inter necessarios amicos habuit, multis muneribus donatum, & apud Babylonem regiæ suæ præfectum. Pater enim eius fidem non seruauerat Iechoniæ, qui se ei cum vxoribus & liberis totáque cognatione sponte tradiderat, respectu solius patriæ, quam nolebat per vim expugnatam dirui, sicut antè diximus. Abimalarodacho post decimumoctauum regni sui annum defuncto Nigliſar filius successit, cúmque regnasset annos quadraginta, vitam cum morte mutauit. continuata deinde successione ad Labosordachum filium regnum peruenit: apud quem cùm nouem tantùm mensibus hæsisset, post mortem eius transiit ad Balthasarem, qui Babyloniis Naboandel nominatur. Huic bellum intulerunt Cyrus Persarum rex & Darius Medorum, à quibus dum intra Babylonem oppugnatur, mirabilis quædam & prodigiosa visio ei contigit. Discumbebat cœnans in ampla quadam aula, magno apparatu vasorum argenteorum quæ regiæ mensæ adhiberi solent, accumbentibus etiam concubinis & purpuratorum præcipuis. Deinde cùm ita collibuisset, iubet è suo templo afferri vasa Dei, quæ spoliatis Hierosolymis Nabuchodonosor in vsum suum veritus vertere, in Dei sui templo reposuerat. Ipse verò iam mero calens ausus est ex eis potare, verba interim contumelioſa in Deum proferens: & ecce ibi videt manum è pariete prominentem, & in eo syllabas quasdam scribentem, qua visione territus conuocauit magos & Chaldæos, & totum hoc genus quod apud Barbaros prodigiorum & somniorum interpretationem profitetur, postulans vt sibi enarrent id quod erat scriptum.

Daniel. 5.

Κεφάλαιον ιϛ'.

Ὡς ναβουχοδονόσορος τελευτήσας διάδοχον κατέλιπε τῆς βασιλείας τὸν υἱὸν, καὶ ὡς καταλύεται ὑπὸ πάντων ἀρχὴ ὑπὸ χεῖρα τὴν περσῶν βασιλέως, καὶ ὅσα σωτῆρι ἰουδαίοις χρ' τούτῳ τὸν καιρὸν ἐγένετο πρὸς τοὺς βαβυλωνίους.

Μετὰ δὲ τὸν ναβουχοδονόσορον τελευτὴν ἀβιλαμάραδαχος ὁ παῖς αὐτοῦ τὴν βασιλείαν παραλαμβάνει ὃς δύο τοῦ ἱεροσολύμων βασιλέα ἰεχονίαν τοῦ δεσμοῦ ἀφεὶς, ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις φίλοις εἶχε πολλὰς αὐτοῦ δωρεὰς δοὺς, καὶ ποιήσας αὐτὸν ὑπὲρ τοὺς ἐν τῇ βαβυλῶνι βασιλέων. ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ τὸν πίστιν οὐκ ἐφύλαξε τοῦ ἰεχονία, παραδόντι μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων καὶ τῆς συγγενείας ὅλης ἑκουσίως ἑαυτὸν ὑπὸ τὰς παρίδος, ὡς αὐτὸν καταδουλώσειν ληφθεῖσα τὴν πολιορκίαν, καθὼς προεῖπομεν. τελευτήσαντος δὲ ἀβιλαμαραδάχου μετὰ ἔτη ὀκτωκαίδεκα τῆς βασιλείας, νιγλίσαρος ὁ παῖς αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν παραλαμβάνει. καὶ καταχὼν αὐτὸν ἔτη τεσσαράκοντα, καταστρέφει τὸν βίον. μετ' αὐτὸν δὲ εἰς τὸν υἱὸν αὐτοῦ λαβοσόρδαχον ἀφικνεῖται τῆς βασιλείας ἡ διαδοχὴ, καὶ μιᾶς ποιήσασα παρ' αὐτοῦ τοὺς πάντας ἐνιαύς, τελευτήσαντος αὐτοῦ μεταβαίνει πρὸς βαλτάσαρον τὸν καλούμενον ναβοναίδηλον παρὰ βαβυλωνίοις. ἐπὶ τούτου στρατεύουσι κῦρος τε ὁ περσῶν βασιλεὺς, καὶ δαρεῖος ὁ μήδων, καὶ πολιορκουμένῳ αὐτοῦ ἐν βαβυλῶνι, θαυμάσιόν τι καὶ περίεργον θέαμα συνίδη. κατέκειτο δειπνῶν ἐν οἴκῳ μεγάλῳ, καὶ σκεύη λίθινα πολλὰ ἀργυρᾶ, εἰς ἑστιάσιν παρεσκευασμένα βασιλικὴν, μετὰ τῶν παλλακίδων καὶ τῶν φίλων. δόξαν δὲ αὐτῷ, κομιδῆ μανίᾳ κελεύει ἐκ τοῦ ἰδίου ναοῦ, τὰ τοῦ θεοῦ σκεύη, ἃ συλήσας ναβουχοδονόσορος ἐξ ἱεροσολύμων, οὐκ ἐχρῆτο μόνον, εἰς δὲ τὸν αὐτοῦ ναὸν κατέθετο. αὐτὸς δὲ ὑπὸ θεράσους παροξυνθεὶς, ὡς τὰ αὐτοῦ χρῆσθαι, μεταξὺ πίνων καὶ βλασφημῶν εἰς τὸν θεὸν, ἐκ τοῦ τοίχου ὁρᾷ χεῖρα φερομένην, καὶ τῷ τοίχῳ τινὰς συλλαβὰς ἐγγεγράφουσαν. ταραχθεὶς δ' ὑπὸ τῆς ὄψεως, συνεκάλεσε τοὺς μάγους καὶ τοὺς χαλδαίους, καὶ πᾶν τοῦτο τὸ γένος ὅσον ἦν ἐν τοῖς βαρβάροις, τά τε σημεῖα καὶ τὰ ὀνείρατα κρίνειν δυνάμενον, ὡς αὐτῷ δηλώσωσι τὰ γεγραμμένα. τῶν δὲ

τῶν ἢ μάγων οὐδὲν δυνάσεσιν, οὐδὲ συνιέναι λεγόντων, ὑπ' ἀγνοίας ὁ βασιλεὺς, καὶ πολλῆς τῆς δὴ τῷ Δανιήλῳ λύπης, καὶ πᾶσαν ἐκήρυξε τὴν χώραν, τῷ τὰ γεγράμματα καὶ τὴν ὑπ' αὐτῶν δηλουμένην διάνοιαν σαφῆ ποιήσαντι, δώσειν ὑπερχρύσιον, στρεπτὸν περιαυχένιον χρύσεον, καὶ πορφυρᾶν ἐσθῆτα φορεῖν, ὡς οἱ τῶν Χαλδαίων βασιλεῖς, καὶ τὸ τρίτον μέρος τῆς ἰδίας ἀρχῆς. τούτου γνωσθέντος τὸ κηρύγματος, ἔτι μᾶλλον οἱ μάγοι συνεφρασμένοι καὶ φιλοτιμησάμενοι περὶ τὴν εὕρεσιν τῶν γραμμάτων, οὐδὲν ἔλαττον ἠπόρησαν. ἀθυμοῦντα δ' ὅτι τούτῳ θαρσαλέον τὸν βασιλέα ἡ μάμμη αὐτοῦ, Δανιηλοσώσειν ἤρξατο, καὶ λέγειν, ὡς ἔστι τις ἐκ τῆς Ἰουδαίας αἰχμάλωτος, ἐκεῖθεν τὸ γένος, ἀνὴρ θεὸν τὸν ναβουχοδονοσόρου πορθήσαντος ἱερουσόλυμα Δανιήλος ὄνομα, σοφὸς ἀνὴρ καὶ θεῖος ἐξευρεῖν τὰ ἀμήχανα, καὶ μόνῳ τῷ θεῷ γνώριμα, ὃς ναβουχοδονοσόρῳ τῷ βασιλεῖ μηδενὸς ἄλλου συνηθέντος εἰπεῖν ὠφέλει ὧν ἐχρῄζετο, εἰς φῶς ἤγαγε τὰ ζητούμενα. μεταπεμψάμενον οὖν αὐτὸν, ἠξίου παρ' αὐτοῦ πυνθάνεσθαι ὠφέλειν τῷ γράμματον, καὶ τὴν ἀμαθίαν τὴν τῷ οὐχ δυνήσεσθαι αὐτὰ καταλείπειν, καὶ σκυθρωπὸν ἢ τὸ ὑπὸ θεοῦ σημαινόμενον. ταῦτ' ἀκούσας, καλεῖ τὸν Δανιήλον ὁ Βαλτάσαρ. καὶ προσελθὼν ὡς πύθοιτο ὠφέλει αὐτὸν καὶ τῆς σοφίας, ὅτι τὸ θεῖον αὐτῷ πνεῦμα συμπάρεστι, καὶ μόνῳ ἐξευρεῖν ἱκανώτατος ἃ μὴ τοῖς ἄλλοις εἰς δήνοιαν ἔρχεται, φράζειν αὐτῷ τὰ γεγραμμένα, καὶ τὴ σημαίνει μεμύσειν ἠξίου. τοῦτο γὰρ ποιήσαντι πορφύραν δώσειν ἐνδύσασθαι, καὶ χρύσεον ὠφεὶ τὸν αὐχένα στρεπτόν, καὶ τὸ τρίτον τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς μέρος, τιμὴν καὶ γέρας τῆς σοφίας, ὡς αὖ ἐξ αὐτῶν δήσιμότατος γένοιτο τοῖς ὁρῶσι, καὶ τὴν αἰτίαν ἐφ' ᾗ τούτων ἔτυχε πυνθανομένοις. Δανιήλος δὲ τὰς μὲν δωρεὰς αὐτὸν ἔχειν ἠξίου, τὸ γὰρ σοφὸν καὶ τὸ θεῖον, ἀδωροδόκητον εἶναι, & ὠφεῖλε τοὺς λοιμοὺς ὠφελεῖν. μεμύσειν δὲ αὐτῷ τὰ γεγραμμένα, σημαίνοντα καταστροφὴν δὲ αὐτῶν τοῦ βίου. ὅπ μὲν γὰρ οἷς ὁ θεὸς ὑπὸ αὐτῷ δέδεκται τὰς εἰς θεὸν ὕβρεις ἐκολάσθη, τούτοις ἔμαθεν δύσεβεῖν, καὶ μηδὲν ὑφ' τὸν αὐθρωπίνου φύσιν μηχανᾶσθαι, ἀλλὰ καὶ ναβουχοδονοσόρου μεταξάντος εἰς δίαιταν θηρίων ἐφ' οἷς ἠσέβησε, καὶ μὴ πολλὰς ἱκεσίας καὶ λύσεις ἐλεηθέντος, ἐπανελθεῖν εἰς τὸν αὐθρωπίνον βίον καὶ τὴν βασιλείαν, καὶ δέδεκται τοῦτα τὸν θεὸν ὡς τὴν ἅπασαν ἔχοντα δύναμιν καὶ θεσπρουόμενον τῷ αὐθρώπων μέχρις οὗ καὶ ἐπαλύτησεν ὑμνοῦντος, λήθην αὐτὸς ἔλαβε τούτων. & πολλὰ μὲν ἐβλασφήμησεν εἰς τὸ θεῖον, τοῖς δὲ σκεύεσιν αὐτοῦ μὴ τὰν παλλακίδων δικονεῖτο. ταῦτα οὖν ὁρῶντα τὸν θεὸν ὀργισθῆναι αὐτῷ, καὶ δέδεκται τῷ γεγραμμένων θεσκαταγέλλειν, εἰς οἷον αὐτὸν καταστρέψαι δὴ τέλος. ἐδήλου δὲ τὰ γεγραμμένα τάδε. μανῆ, τοῦτο δ' ἑλληνὶ γλώσσῃ σημαίνοιτ' ἂν ἀριθμός, ὥσπερ τῆς ζωῆς σου τοσοῦτον χρόνον, καὶ τῆς ἀρχῆς ἠρίθμηκεν ὁ θεὸς, καὶ θεῖναι δὴ σοὶ βραχὺ χρόνον. θεκὲλ, σημαίνει τοῦτο σταθμὸν, στήσας οὖν σου λέγει τὸν χρόνον τῆς βασιλείας ὁ θεὸς, ἤδη καταφθερμένην δηλοῖ. φαρὲς, καὶ τοῦτο κλάσμα δηλοῖ κἀλλάδα γλῶσσαν. κλάσει τοιγαροῦν σου τὴν βασιλείαν, καὶ μήδοις αὐτὴν ἢ πέρσαις δέδωκεῖ. Δανιήλου δὲ ταῦτα σημαίνειν τῷ βασιλεῖ φράσαντος τὰ ἐν τῷ τοίχῳ γράμματα, τὸν μὲν Βαλτάσαρον οἷον εἰκὸς ἐφ' οὕτω χαλεποῖς τοῖς δηλουμένοις λύπη καὶ συμφορᾷ κατασχεθῆναι. οὐ μὴν εἰς φθόνῳ κακῶν αὐτῷ γενομένῳ τὰς δωρεὰς ἃς ὑπέσχετο δώσειν οὐ διέδωκεν,

A magis autem negantibus se eius intellectum inuenire, rex ob rei nouitatem mœstus ac solicitus, præconis voce per totam suam ditionem publicauit: quicunque mentem earum literarum interpretari posset, daturum se ei torquem aureum, & purpureæ vestis vsum, quali Chaldæorum reges vtuntur, atque insuper tertiam regni sui partem. Post hoc præconium maior etiam fit magorum concursus, certatim B sensum literarum scrutantibus, nihil tamen proficientibus. Videns autem tristem hac de causa regem eius auia, solari eum cœpit, dicens esse quendam captiuum Iudæum per Nabuchodonosorum vastatis Hierosolymis abductum, virum sapientem, qui possit obscura & soli Deo nota perquirere. hunc Nabuchodonosoro quæ opus erat interpretatum, cùm id eo tempore posset alius nemo. rogábátque vt accito illo percontaretur quid sibi velint hæ C literæ, vt coarguta cæterorum insciti, etiamsi triste sit, prodigium id intelligatur. His auditis Baltasar accersit Danielem: & præfatus se resciuisse de eius sapientia, deque spiritu diuino quem habeat, & quòd solus sit idoneus interpretandis quæ aliorum cognitionem effugiunt, rogauit vt sibi enarret quid scriptura illa significet, pollicens operæ præmium vsum vestis purpureæ torquemque aureum, & D ditionis suæ partem tertiam, vt sapientia eius insignita talibus honoribus, illustris fiat apud omnes qui honoris causam scisciando cognouerint. Daniel autem recusatis muneribus, quòd his diuinitus concessa sapientia corrumpi nequeat, sed indigentes gratis iuuare parata sit, ait scripturam hanc vitæ finem prædicere: eo quòd ne proaui quidem calamitate, quam ille incurrit ob contemptum numinis, doctus sit pietatem colere, & nihil E moliri quod sit supra naturam hominis. Nabuchodonosorum enim ob impietatem damnatum ad victum ferinum, post multas preces miserante Deo restitutum ad hominum conuersationem & pristinum imperium, ac deinper totam vitam agnouisse & laudasse Dei virtutem & prouidentiam. hunc verò oblitum domestici exempli, voces impias iactasse in Deum, & potasse è sacris vasis vnà cum suis pellicibus. Ob hæc iratum Deum per has literas denunciare qualem sit habiturus vitæ exitum. F Sic enim interpretanda singula. Mane, hoc est numerus, significat dinumeratum esse iam dierum tuæ vitæ ac regni numerum, & perbreue tempus superesse. Thecel, quod est pondus, appensum à Deo regni tui tempus iam ad finem vergere. Phares, quod est fragmen, fracturum Deum tuum regnum, & partes eius in Medos ac Persas distribuendas. Hac interpretatione accepta rex non poterat non vehementer G tristari, attamen Danieli suam munificentiam non subtraxit tanquam malorum prænuncio, sed dona quæ pollicitus est exhibuit,

sic cogitans, quod non bona audierit, sui fati culpam esse, non prophetæ: imò illum boni viri officio functum esse, qui sic interpretatus sit vt erat euenturum, tametsi parum lætus euentus sequeretur. Non multum autem abiit temporis, dum & ipse & vrbs in Cyri Persarum regis potestatem deuenit. Sub Baltasare enim capta est Babylon, anno regni eius decimoseptimo. Hic finis fertur posterorum Nabuchodonosori. Darius autem cùm extingueret Babyloniorum imperium, adiutus à Cyro suo cognato, annum agebat sexagesimum secundum, qui fuit Astyagis filius, apud Græcos alio vocatus nomine. Hic etiam Danielem prophetam assumptum secum duxit in Mediam, eúmque maximo honore apud se habuit. erat enim vnus è tribus summis satrapis, qui sub se habebant alios CCCLX. satrapas. tot enim à Dario primùm instituti sunt.

XIIII. Daniel. 6. Itaque cùm tam charus & honoratus apud regem esset, vt qui ei tanquam diuino libenter de quouis negocio consulenti pareret, non effugit cæterorum inuidiam, quemadmodum fieri solet inter eos qui aliquem sibi à rege præferri non patiuntur æquo animo. cúmque æmuli occasionem calumniæ contra eum quærerent, nullam vnquam eis præbuit. cùm enim esset contemptor pecuniarum & omnium numerum, turpe sibi ducens etiam pro beneficio licitam gratiam recipere, nullam accusandi ansam inuenire poterant. nec tamen destiterunt quærere quomodo honore deiectum è medio tollerent. & cùm animaduertissent Danielem quotidie ter Deo supplicare precibus, commenti sunt occasionem qua eum possent perdere: aditóque Dario renuntiant ei, visum esse satrapis eius & principibus, per triginta dies populo dari intermissionem: quibus nec ab ipso, nec à quoquam hominum aut deorum quicquam precari liceat: & si quis contra hoc commune decretum faxit, eum in foueam leonum coniici. Rex verò non perspiciens eorum malitiam, quòd Daniel hoc commento peteretur, ait sibi placere hoc decretum: pollicitúsque se id confirmaturum, edictum proposuit in publicum quo satraparum decretum promulgabatur. Id cùm omnes præ metu seruare conarentur, magnum fuit vbique silentium. Daniel verò nihil hæc curabat, sed more solito stans in conspectu omnium, adorabat Deum suum & deprecabatur. Tum satrapæ nacti occasionem quam dudum captauerant, regem adeunt properè, Danielémque accusant, quòd contempto edicto solus ex omnibus deos precari ausus sit, idque non ob pietatem, sed ob hoc ipsum quòd obseruari se sciret ab æmulis. Et cùm regem ob nimiam erga Danielem beneuolentiam etiam mandati sui contemptori facilè veniam daturum crederent,

A ἀλλὰ πάσας ἀφῆκε, τὸ μὲν ἐφ' οἷς δοθήσονται λημζόμενος, ἴδιον αὐτὸ καὶ τῆς προφωμένης ἀλλ' οὐχὶ τῦ θεοφητεύσαντος εἶ). τὰ δὲ ὠμολογημένα κρῖναι αἰδοῦς ἀγαθοῦ καὶ δικαίου, κἂν ἡ συνθεσπα τὰ μέλλοντα συμβαίνειν. καὶ ὁ μὲν οὕτως ἔκρινε. μετ' οὐ πολλὰ δὲ χρόνον, αὐτός τε ἐλήφθη καὶ ἡ πόλις, κύρου τῦ πρεσβῦ βασιλέως ἐπ' αὐτὸν στρατεύσαντος. βαλτάσαρος γὰρ ὀκτὼ ἐφ' οἷς τιμὰ αἵρεσιν τῆς βαβυ-

B λῶνος σωιζεσθαι χρεύεται, βασιλεύσαντος αὐτὸ, ἔτη ἐπτὰ καὶ δέκα. τὴν μὲν οὖν ναβουχοδονοσόρου τῦ βασιλέως ἐγγόνων, τὸ τέλος τοιοῦτον παρειλήφαμεν γενόμενον. δαρεῖος δὲ παλύσαντα τιμὰ βαβυλωνίων ἡγεμονίαν μὴ κύρου τῦ συγγενοῦς, ἔτος ἓν καὶ ἑξηκοστὸν ἔτι τὴν βαβυλωνίαν εἶλεν. ἦν δὲ ἀξυάρου υἱός, ἕτερον δὲ παρὰ τοῖς ἕλλησιν ἐκαλεῖτο ὄνομα. ὃς ἐπὶ δανιήλου τὸν θεοφήτην λαβὼν, ἤγαγε εἰς μηδίαν πρὸς αὐτὸν, καὶ πάσης αὐτῦ τιμῆς μεταδοὺς, εἶχε σὺν αὐτῷ

C τὴν ζωὴν δὲ σατραπῶν ἓν, οὓς ὅλη τὴν ἐξήκοντα καὶ ἑκατὸν σατραπῶν κατέστησε. τοσούτους δὲ ἐποίησε δαρεῖος. δανιήλου τοίνυν ἐν τοιαύτῃ τιμῇ, καὶ λαμπρᾷ παρὰ δαρείῳ, καὶ πρὸς ἅπαντα ὑπ' αὐτῦ μόνου ὡς ἂν ἔχων τὸ θεῖον πεπιστευμένου ἐφθονήθη. βασιλεύουσι γὰρ οἱ μᾶλλον αὐτῶν ἑτέρους ἐν πλείονι τιμῇ παρὰ τοῖς βασιλεῦσι βλέποντες. ζητοῦντων δ' ἐπ' αὐτὸν ἀφορμὴν διαβολῆς καὶ κα-

D τηγορίας τῶν ἀχθομένων ἐπ' αὐτῷ διὰ δεκαμοιρῖτι παρὰ δαρείῳ, πᾶσαν αἰτίαν οὐδεμίαν. οὐ γὰρ καὶ χρημάτων ἐπάτω καὶ παντὸς λήμματος θεῖος ἦν, αἴσχιστον αὐτῷ δοκῶν, κἂν ὑφ' ὧν δεῖται καλῶς πρὸς τὸ λαβεῖν, οὐδὲ ἰώτου καιρῶ τοῖς ζητητυποῦσιν αὐτὸν ἐγκλημάτων ὕλην παρεῖχεν. οἱ δ' ὡς οὐδὲν εἶχον ὃ κατεπάντες αὐτὸ πρὸς τὸν βασιλέα, ζημιώσουσιν αὐτὸν εἰς τιμὰ παρ' αὐτῷ τιμὰν ἀχθῇ καὶ διαβολῇ, τρόπον ἄλλον ἐζήτουν καθ' ὃν

E αὐτὸν ἐκποδὼν ποιήσονται. ὁρῶντες οὖν δανιήλην, ἓξ τῆς ἡμέρας προσευχόμενον τῷ θεῷ, πρόφασιν ἔγνωσαν δῆτεν, δι' ἧς ἀπολέσουσιν αὐτόν. καὶ πρὸς τὸν δαρεῖον ἐλθόντες, ἀπήγγειλαν αὐτῷ ὡς τοῖς σατράπαις αὐτὸ καὶ ἡγεμόσι δόξειεν δεῖν ἑβδομήκοντα ἡμέρας αἰτῆσαι τὸ πλῆθος, ὅπως μήτε αὐτῷ τις, μήτε τοῖς θεοῖς δεόμενος αὐτῶν καὶ δεχόμενος εἴη. τὸν μὲν

F τοίνυν αὐτῶν θαυμαστὰ ταύτῃ τιμῇ γεγεμένον, εἰς τὴν λεόντων ἔκβασιν ῥίψαι λάκκον ἀπολούμενον. ὁ δὲ βασιλεὺς οὐ συνιδὼν τὴν κακουργίαν αὐτῶν, οὐδὲ ἐπὶ τὸν δανιήλην ταῦτα κατασκευασαμένους ὑποψίας, ἀρέσθαι τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἐφ' ἑαυτοῦ δεδογμένοις. καὶ κυρῶσαι τιμὰ θεσπίσματι αὐτῶν ἐπαγγελλόμενον, θεσπίσαι θεόγραμμα δηλοῦν τῷ πλήθει τὰ δόξαντα τοῖς σατράπαις. ὁ δὲ μὲν ἄλλοι πάντες φυλαττόμενοι μὴ παραβαίνωσι τὰ θεσπίσματα, ἠρέμουν. δανιήλῳ δ' φέροντες οὐδὲ πόσῳ τούτων ἦν, ἀλλ' ὡς εἶχεν ἔθος ἑστάμενος κύχετο τῷ θεῷ, πάντων ὁρώντων. οἱ δὲ σατράπαι τῆς ἀφορμῆς αὐτοῖς ἦν ἐπαυδάζον λα-

βεῖν ὅτι τὸν δανιήλην παραφανείσης, δι' ὃς ἦκον πρὸς τὸν βασιλέα, κἀ κατηγόρουν ὡς παραβαίνοντος μόνου τὰ δανιήλου τὰ θεσπισθέντα, μηδενὸς τῶν ἄλλων τολμῶντος θεσπεύχεσθαι τοῖς θεοῖς. καὶ τοῦτ' οὐ δι' ἀσέβειαν ἀλλὰ διὰ φυλακὴν καὶ διατήρησιν ὑπὸ τῦ φθόνου. ὑπὸ δὲ μείζονος ἧς προσεδόκων δυνοίας τοῦτο ποιεῖν τὸν δαρεῖον ὑπολαμβάνοντες, ὡς καὶ καταφρονήσαντα τῶν ἐκείνου θεσπεσμάτων, συγγνώμην ἑτοίμην νέμειν, καὶ αὐτὸ τοῦτο βασκαίνοντες τῷ δανιήλῳ, οὐ μεταβάλλοντο πρὸς τὸ ἡμερώτερον

ῥίπτειν

ῥίπτειν δὲ αὐτὸν ἠξίουν καὶ τὸν νόμον εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων. ἐλπίσας δὲ ὁ Δαρεῖος ὅτι ῥύσεται τὸ θεῖον αὐτὸν, καὶ οὐδὲν μὴ παθεῖν δεινὸν ὑπὸ τῶν θηρίων, ἐκέλευσεν αὐτὸν διὰ θύμου φέρειν τὰ συμβαίνοντα, καὶ βληθέντος εἰς τὸν λάκκον, σφραγίσας τὸν ὀπὴν τοῦ στομίου κύμβιον αὐτὸ θυρεᾶς λίθου, ἀπεχώρησεν. καὶ διὰ ὅλης ἄσιτος τῆς νυκτὸς καὶ ἀϋπνος διῆγεν, ἀμεριμνῶν περὶ τοῦ Δανιήλου. μετὰ ἡμέραν δὲ αἰασας ἐπὶ τὸν λάκκον ἦλθε, καὶ σωζομένῳ τινὶ σφραγίδα διεγνω, ἣν σημειώμενος τὸν λίθον καταλελοίπει, αἰσίξας αἰσθόμενος καλεῖν τὸν Δανιήλον, πυνθανόμενος εἰ σώζεται. τοῦ δὲ ἐπακούσαντος τοῦ βασιλέως, καὶ μηδὲν παθεῖν εἰπόντος, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀνελκυσθῆναι τοῦ λάκκου τῶν θηρίων. οἱ δὲ ἐχθροὶ θεασάμενοι τὸν Δανιήλον, μηδὲν πεπονθότα δεινόν, ὥρᾳ μὲν τὸ θεῖον καὶ τιμᾶν τοῦτον φέροιεν, οὐκ ἠξίουν αὐτὸν σώζεσθαι. πεπληρωμένους δὲ τοὺς λέοντας ζοφῆς μὴ ἄφεσθαι μηδὲ προσελθεῖν τῷ Δανιήλῳ νομίζοντες, τοῦτ' ἔλεγον πρὸς τὸν βασιλέα. ὁ δὲ μισήσας αὐτοὺς τῆς πονηρίας, βεβλαβῆσθαι μὲν πολλὰ κωλύει τοῖς λέουσι κρέα, κορεσθέντων δὲ αὐτῶν τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Δανιήλου προσέταξεν εἰς τὸν λάκκον ἐμβληθῆναι, ὅπως εἰ ὀρᾷ κόρον αὐτοῖς οὐ προσδίξουσιν οἱ λέοντες μάθοι. σαφὲς δὲ ἐγένετο Δαρείῳ τὸν σωτεραπῶν βεβλαβῆσθαι τοῖς θηρίοις, ὅτι τὸ θεῖον ἔσωσε τὸν Δανιήλον. οὐδενὸς γὰρ αὐτῶν ἐφείσαντο οἱ λέοντες, ἀλλὰ πάντας διαφθαρτὸν ὡσανεὶ σφόδρα λιμώττοντες καὶ τροφῆς ἐνδεεῖς. ἠρέθισε δ' αὐτοὺς οὐ τὸ πεινᾶν οἶμαι, μικρὸν ἐμπροσθεν ἀφθόνων κρεῶν ἐμπλησμένους, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ἀθεφάτου κακίας. διὰ γὰρ καὶ τοῖς ἀλόγοις ἀδικεῖν ζώοις πρὸς τιμωρίαν γίνοιτο, τοῦ θεοῦ προαγορεύοντος. διαφθαρέντων οὖν τοὺς ἐπιβουλεύσαντων Δανιήλῳ τῶν τὸν ζόφον, ὁ βασιλεὺς Δαρεῖος καθ' ὅλων ἔπεμψε τοῖς χώραν ἐπαρατὸν θεὸν ὃν Δανιήλος προσκυνεῖ, καὶ μόνον αὐτὸν λέγων εἶναι ἀληθῆ, καὶ τῶν πάντων κρατοῦντα. ἔχει δὲ καὶ τὸν Δανιήλον ἐν ὑπερβαλλούσῃ τιμῇ, πρῶτον αὐτὸν ἀποδείξας τῶν φίλων. ὧν δὲ οὗτος ἐπίσημος καὶ λαμπρὸς ὑπὸ δόξης τοῦ θεοφιλὴς εἶναι Δανιήλος, ᾠκοδόμησεν ἐν Ἐκβατάνοις τοῖς μηδικοῖς βάρις, θαῦμα ἐπίστατόν τι κατασκεύασμα καὶ θαυμασίως πεποιημένον. ἡ μὲν οὖν ἔξω μὲν ὄψις καὶ σώζεται. τοῖς δ' ὁρῶσι δοκεῖ προσφάτως κατασκευάσθαι, καὶ ἐπ' αὐτῆς ἑκάστῳ αὐτῶν ἡμέρας ἴσως γεγονέναι. οὕτως νεαρὸν αὐτῆς καὶ ἀκμαῖον τὸ κάλλος, καὶ μηδαμοῦ γεγηρακὸς ὑπὸ τοσούτου χρόνου. πάσχει γὰρ καὶ τὰ κατασκευάσματα ταυτὸν ἀθεφάτοις καὶ παλαιοῦται, καὶ τῶν ἰσχυῶν λυόμενα ὑπὸ τῆς ἐτῆς, καὶ τῶν διαφέρειαν μαραινόμενα. θαύπουσι δ' ἐν τῇ βάρει τοὺς τε μήδων βασιλεῖς, καὶ περσῶν καὶ παρθων ἄχει τοῦ δένδρου. καὶ ταύτῃ πεπιστευμένος, ἰουδαῖος ἐξ ἱερέως, καὶ τοῦτο γίνεται μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας. ἄξιον δὲ τοῦδε τοῦτον καὶ ὃ μάλιστα θαυμάσαντο τὰς αὐ ἀκούσας, διελθεῖν. ἅπαντα γὰρ αὐτῷ παραδόξως ὡς ἐί τινι τῶν μεγίστων δυτυχήσαντι προφητῶν, καὶ πρὸ τὸν τῆς ζωῆς χρόνον τιμὴ τε καὶ δόξα πρὸ τῶν βασιλέων καὶ τοῦ πλήθους, καὶ τελευτήσας δὲ μνήμης αἰώνιον ἔχει. τὰ γὰρ βιβλία ὅσα δὲ συγγεγράμμενος καταλέλοιπεν,

hoc ipso magis accensi ad inuidiam, inflexibiles ad clementiam, postulauerunt vt iuxta latam legem coniiceretur in leonum foueam. Darius autem sperans ope diuina eripiendum à bestiis, hortatus est eum vt præsentem casum æquo ferret animo: & postquam eò coniectus est, cùm obsignasset lapidem qui ori foueæ incumbebat vice ostij, domum reuersus est: totámque eam noctem sine cibo & somno exegit de amici salute solicitus. dilaculo autem surgens ad foueam se contulit: & inuento illæso signaculo quo lapidem obsignauerat, per apertam fenestram superne Danielem inclamauit, quærens an adhuc saluus sit. Ad quam vocem cùm ille responderet illæsum se & incolumem, iussit cum è fouea bestiarum extrahi. inimici verò eius videntes ei nihil mali accidisse, noluerunt hoc Dei prouidentiæ tribuere, sed causam referentes in leonum saturitatem, ausi sunt etiam apud regem hoc asserere. at ille offensus eorum malitia, iussit multum carnium obiici leonibus, & illis iam saturatis inimicos Danielis in foueam coniici, vt appareat si propter saturitatem eos non attingat, ac tum demum euidentissima vi fuit vatem ope diuina esse seruatum. nam tantum ex eis pepercerunt, sed non secus ac si fuissent famelici, & alimentis caruissent, sine mora eos dilaniauerunt. acuit autem ferarum rabiem non vexatio famis quæ iam eis exempta fuerat, sed obiectorum malitia, Deo sic volente, vt ne bruta quidem eam impunitam sinerent. Cùm igitur ad hunc modum vatis insidiatores perissent, Darius tota per eorum suum imperium nuncios dimisit qui Danielis Deum prædicarent, hunc esse solum verum & omnipotentem Deum asseuerando. ipsum deinde vatem in maiore etiam quàm antè honore habuit, primum inter amicos locum ei tribuens. qui cùm ab omnibus Deo charus existimaretur, & propter hanc de se opinionem esset illustrissimus, ædificauit apud Ecbatana Mediæ turrim, opus pulcherrimum, & singulari admiratione dignum, quod in hodiernum vsque durat, & spectantibus recentissimæ structuræ videtur, ac si ea ipsa die qua spectatur esset absolutum: tantam nouitatis speciem, & tam integram pulchritudinem habet, nihil omnino à tam longo tempore læsam, præter aliorum ædificiorum consuetudinem, quæ æquè atque homines vetustatis iniuriam sentiunt, nec firmitatem solùm, sed etiam decorem sensim deperdunt. Mos autem durat vsque in præsens tempus vt in ea turri sepeliantur Medorum reges & Persarum atque Parthorum: ciúsque custodia sacerdoti Iudaici generis hodieque concreditur. Quod autem in hoc viro præcipua dignum est admiratione, silentio non prætereibimus. omnis enim eximia felicitas vt prophetæ excellentissimo ei contigit, & viuenti tam apud reges quàm apud populum gratioso, & post obitum sempiternam memoriam consecuto. libri enim eius quos conscriptos reliquit,

etiam nunc apud nos leguntur, qui nobis certam fidem faciunt, quòd Deus cum eo colloquia miſcuerit. non ſolùm enim futura prædixit quemadmodum alij prophetæ, verumetiam tempus quo euentura eſſent præfiniit. & cùm alij prophetæ calamitates prædicerent, idcóque malam gratiam apud reges & multitudinem vulgarem inirent, hic bonarum rerum vates fuit, vt propter fauſtam ominationem quidem beneuolentiam omnium ſibi conciliaret, propter euentuum verò certitudinem fidem ſibi apud vniuerſum mortalium genus compararet. Extat enim in eius ſcriptis vnde maximè illius prophetiæ certitudo poteſt colligi. ait enim ſe apud Suſa primariam Perſidis vrbem cum ſodalibus prodiſſe in campum, & ibi terræmotu repentino exorto, diffugientibus metu amicis ſolum eſſe derelictum, ſeipſum quoque conſternatum in faciem & manus procidiſſe. ibi acceſſiſſe quendam excitantem ſe & iubentem vt ſurgeret ac videret quæ poſt multa ſecula euentura eſſent ſuis ciuibus. ſurgenti deinde oſtenſum eſſe arietem magnum enata habentem multa cornua, & in his vltimum cæteris celſius. verſis deinde ad Occidentem oculis, vidiſſe ſe hircum delatum per aërem concurriſſe cum ariete, & bis cornibus ictum proſtrauiſſe humi & conculcaſſe pedibus. deinde vidiſſe enatum è fronte hirci cornu maximum, quo defracto erupiſſe pro eo quatuor alia, obuerſa in ventos ſingulos. & ex his etiam aliud minus exortum ſcripſit, quod poſtquam eſſet adultum, Deus qui hæc oſtendebat dixit geſturum bellum contra gentem ipſius, & vrbem vi expugnaturum, & ceremonias templi conturbaturum, ſacrificiáque vetiturum per dies MCCXCVI. hæc eſt viſio quam in campo apud Suſa ſe vidiſſe ſcripſit: eámque Deum ſic interpretatum eſſe. Arietem ſignificare Perſarum & Medorum regna, cornua verò futuros in his reges, & horum vltimum deſignari per cornu vltimum. hunc enim fore diuitiis & gloria præſtantiſſimum. Per hircum verò indicari, & fore aliquem è Græcorum regibus, qui cum Perſa bis congreſſus eum prælio ſuperet, totúmque eius imperium occupet. Per cornu verò illud magnum ex hirci fronte extans primum regem ſignificari, & per aliorum quatuor pro illo pullulationem, & ad quatuor terræ tractus ſingulorum verſionem, ſucceſſuros oſtendi, poſt primi regis mortem, & regni inter eos partitionem. hos neque filios eius neque alioqui ad cognationem ipſius pertinentes, multis annis per orbem habitatum regnaturos: ex híſque exoriturum quendam regem, qui bellum gerat cum gente Iudæorum & legibus, & formam inſtitutæ iuxta has reipublicæ auferat: ſpoliatóque templo victimas in id induci per triennium prohibeat. quæ quidem calamitas genti noſtræ ſub Antiocho Epiphane accidit, ita vt futurum Daniel ante multos annos ſcripſerat. Eodem autem modo ſcripſit & de Romanorum imperio,

Daniel. 8.

A αἰαγινώσκεται παρ' ἡμῖν ἔτι καὶ νῦν, καὶ πιστεύεται-
μοι ἐξ αὐτῶν, ὅτι Δανιὴλ ὡμίλει τῷ θεῷ. οὐ γὰρ
τὰ μέλλοντα μόνον προεφητεύων διετέλει καθάπερ
καὶ οἱ ἄλλοι προφῆται, ἀλλὰ καὶ καιρὸν ὥριζε, εἰς
ὃν ταῦτα ἀποβήσεται. καὶ τῷ προφητῷ τὰ χείρω προ-
λεγόντων, καὶ διὰ τούτων δυχεραινομένων τόν τῷ βα-
σιλέων καὶ τὸ πλῆθος, Δανιὴλ ἀγαθὸν ἐμίσητο
προφήτης αὐτοῖς. ὡς ἀπὸ μὲν τῆς εὐφημίας τῷ προ-
λεγομένων, εὔνοιαν ὅλων ἂν ἄδηλον ποιεῖσθαι πάντων. ἀπὸ
B δὲ τοῦ τέλους αὐτῶν, ἀληθείας πίστιν καὶ δόξαν ἐμοῦ
θειότητος, παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀποφέρεσθαι. καταλιπὼν
γὰρ γράψας, ὅθεν ἡμῖν τὸ τῆς ἀκριβοῦς αὐτοῦ προφη-
τείας καὶ ἀναμφίλεκτον, ἐποίησε δῆλον. φασὶ γὰρ αὐ-
τὸν μετὰ φίλων ἐν σούσοις, ἐν τῇ μητροπόλει τῆς περσί-
δος, ὡς ἐξῆλθεν εἰς τὸ πεδίον μετ' ἐταίρων αὐτοῦ, σεισ-
μοῦ καὶ κλόνου τῆς γῆς ἐξαίφνης γενομένου. καὶ κα-
ταληφθεὶς μόνος, φυγόντων τῶν φίλων, καὶ πέσοι
C μὲν ὕπτιος ἐπὶ τὸ μέτωπον, ὑπὸ δὲ τὰς δύο χεῖρας, πρὸς δ'
ἀναμφίλεκτον αὐτοῦ, καὶ μεταξὺ καλούντος αὐτὸν ἐγεί-
ρεσθαι, καὶ τὰ μέλλοντα συμβήσεσθαι τοῖς πολίταις ἐπὶ
πολλὰς γενεάς. ἀναστὰς δ' αὐτὸς, διεβλέπειν κριὸν
Daniel. 8. ἐπιμανῆ μέγαν, πολλὰ μὲν ἐκπεφυκότα κέρατα, πε-
λάτατον δ' αὐτῶν ὑψηλότερον ἔχοντα. ἔπειτα ἀνα-
βλέψαι μὲν εἰς τὸν δύσιν, θεάσεσθαι δὲ ἔριφον ἀπ'
αὐτῆς δ' αἴγας φερομένους, συρράξαντα τῷ κερᾳ. καὶ
τοῖς κέρασιν ἀεράξαντα δὶς, καταβαλεῖν αὐτὸν ὅλον τὸν
D γῆν, καὶ πατῆσαι. εἶτα τὸν τέταρτον ἰδεῖν, ἐκ τοῦ με-
τώπου μέγιστον ἀναφυέντα κέρας, οὗ κλασθέντος ἀνα-
βλαστῆσαι τέσσαρα, καθ' ἕκαστον τῶν αἰόλων τεταμ-
μένα. ἐξ ἀρχῆς δ' ἀναφῦναι καὶ ἄλλο μικρότερον ἀνα-
τέλλειν. ὃ αὐξῆσαι ἔλεγεν αὐτῷ ὁ τοσαῦτα ἐπιδεικνὺς θεὸς, πολεμήσειν αὐτῷ τὸ ἔθνος, καὶ τὴν
πόλιν αἱρήσειν καὶ κράτος, καὶ συγχεῖν, τά τε θεῖα τὸν
ναὸν, καὶ τὰς θυσίας κωλύσειν ἐπὶ ἡμέρας ασϟ.
ταῦτα μὲν ἰδεῖν, ἐν τῷ πεδίῳ τῷ ἐν σούσοις ὁ Δα-
νιὴλος ἐγεγραφε. κεῖναι δ' αὐτῷ τὸν ἔλεγεν τὸ φα-
E ντάσματος ἐπιδεῖξαι τὸν θεὸν οὗτος. τὸν μὲν κριὸν, βα-
σιλείας τὰς περσῶν καὶ μήδων σημαίνειν ἔφασκε. τὸ
δὲ κέρατα, τοὺς βασιλεύειν μέλλοντας. τὸ δὲ ἕκα-
τον κέρας σημαίνειν τὸν ἕκατον βασιλέα. τοῦτον γὰρ
ἅπασιν ἀπάντων πλούτῳ τε καὶ δόξῃ. τὸν δὲ τέτα-
non aliter quàm nauis fluctibus vtrinque oppugnata, inter prosperam & aduersam Antiochi fortunam iactatæ. Tandem victor Antiochus Iudæam suæ ditioni adiecit. Defuncto verò Philopatore, filius eius magnum exercitum duce Scopa misit in Cœlesyriam: qui & multas eius vrbes & nostram gentem vi in potestatem eius retraxit. Aliquanto autem pòst Antiochus ad fontes Iordanis cum Scopa prælio congressus fit superior: cúmque recepisset occupatas à Scopa vrbes Cœlesyriæ simul & Samariæ Iudæi quoque vltrò deditionem fecerunt: receptúmque intra mœnia eius exercitum & elephantos liberaliter aluerunt: & oppugnantibus præsidium in arce à Scopa relictum impigrè auxilium tulerunt. Quamobrem Antiochus equum ducens aliquam Iudæis pro studio suarum partium referre gratiam, scripsit ad amicos suos & duces literas, testes beneficiorum quæ in ipsum contulerant, in quibus etiam significabat quomodo remunerari eos decreuit. earum exemplar subiiciam, citato priùs Polybij Megalopolitæ testimonio, ex libro historiarum eius XVI. Scopas, inquit, copiarum Ptolemæi dux ad mediterranea verso impetu per hyemem Iudæorum gentem subegit. ac paulo pòst in eodem libro narrat quomodo victo Scopa Antiochus Batanæam, Samariam, Gadara, & Abila recepit: móxque Iudæi qui Hierosolyma & celebre eius loci templum incolunt, ad eum defecerunt: de quo cùm multa essent dicenda, ait se id in aliud tempus differre. & hæc quidem Polybius. nos autem narrationem continuabimus, inserta hîc priùs Antiochi epistola. Rex Antiochus Ptolemæo S. Quoniam Iudæi mox vt regionem eorum sumus ingressi studium erga nos suum declarauerunt, & in vrbem suam venientes splendidè exceperunt senatu obuiam progresso, exercituíque nostro & elephantis copiosè victum præbuerunt, & cum eo simul præsidium Ægyptiorum in arce expugnauerunt: visum est nobis gratiam aliquam eis reponere, & vrbem eorum refouere variis calamitatibus affectam, & in pristinam frequentiam restituere, reuocatis in eam qui nunc dispersi sunt habitatoribus. ac primùm decreuimus pietatis ergò præberi eis in precium pecudum mactandarum, vini, olei, thuris, argenteorum viginti millia, & ad similam secundum prouincialem legem tritici medimnos mille quadringentos sexaginta, & salis medimnos trecentos septuagintaquinque, volóque vt hæc eis præbeantur ita vt mandaui: & quod deest templo absoluatur, siue porticus siue quid aliud ædificare opus fuerit. lignorum autem materies comportetur tam ex ipsa Iudæa quàm ex aliis gentibus & ex Libano, immunis à vectigalibus: quæ immunitas & aliis rebus conceditur ad apparatum atque ornatum, templi pertinentibus.

Permittitur etiam eis vt omnes viuant iuxta leges patrias: & remittitur senatoribus, sacerdotibus, scribis templi atque cantoribus tributum quod penditur pro capite, & aurum coronarium, & si quod est tributum aliud. Et vt eo citius vrbs frequentetur habitatoribus, concedo omnibus qui nunc eam habitant, quive ante hyperberetæum mensem eò se habitatum contulerint, immunitatem omnium tributorum vsque in triennium: remittimúsque eis in posterum tertiam partem tributorum, in præteritorum damnorum compensationem. Et quotquot ex vrbe abrepti seruiunt, & ipsos & natos eorum volumus esse liberos, ac bona quoque eis restitui iubemus. Vale. Nec contentus hanc epistolam scripsisse, edictum etiam in honorem templi per totum suum regnum proposuit tale: Nemini alienigenæ liceat intra septa templi ingredi contra voluntatem Iudęorum, sed solis hoc facere fas sit, qui iuxta præscriptum legis patriæ purificati priùs fuerint. Nemo etiam in vrbem carnes equinas aut mulinas inferat, nec asini siue feri siue domestici, nec pantheræ aut vulpis aut leporis, aut cuiusuis omnino ex his animalibus quæ Iudæis vetitum est attingere, ac neque pelles eorum inferre liceat, aut aliquid ex his in vrbe alere: sed tantùm solitas more maiorum mactare victimas, quibus Deus litari sibi vult. qui verò aliquid contra edictum hoc fecerit, trium millium drachmarum argenti mulctam luat sacerdotibus. Idem rex amplum pietatis ac fidei nobis præbuit testimonium, quo tempore quosdam per Phrygiam ac Lydiam nouis rebus studere comperit. Zeuxidem enim amicum præcipuum, in superioribus satrapiis ductantē exercitum, iussit quosdam è nostratibus apud Babylonem degētibus in Phrygiam mittere, scribens in hunc modum. Rex Antiochus Zeuxidi patri salutem. Si vales bene est, ego quoque valeo. Quia quosdam in Phrygia & Lydia res nouas moliri audio, videtur hoc negotium cum meam deposcere. Quapropter consultis de hac re amicis, placuit mihi, ex his Iudæis qui Babyloniam ac Mesopotamiam incolunt duo millia familiarium cum tota supellectili eò traducere, & locis opportunis per præsidia disponere. Persuasum enim habeo illos fore nostrarum rerum custodes beneuolos: tum quia cæleste numen piè colunt, tum quia fides eorum & promptum obsequium etiam maiorū nostrorum comprobatur testimoniis. Volo igitur vt eos, licèt difficile videatur, traducas, pollicitus libertatem viuendi propriis legibus. perductis deinde ad iam dicta loca, tum ad ædificandas domos assignabis areas, tum agros ad colēdum aruis & vinetis idoneos: immunitatémque dabis in decennium, ne quid pendere cogantur ex annuis terrę prouentibus. & donec ipsorum agri fruges protulerint, demensum frumentum accipiant in seruorum alimoniam: ac reliquis quoque tribuatur quantum satis est, vt benignè à nobis habiti alacriores sint in nostris negotiis. Cura autem ne quis molestus sit ei populo. Vale. Atque hactenus de Antiochi magni erga Iudæos beneuolentia dixisse sufficiat.

A πολιτευέσθωσαν ὃ πάντες οἱ ἐκ τοῦ ἔθνους κ᾽ τοὶς πατρίοις νόμοις. ἀπολυέσθω ὃ ἡ γερουσία καὶ ἱερεῖς καὶ γραμματεῖς τοῦ ἱεροῦ καὶ ἱεροψάλται, ὧν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τελοῦσι, καὶ τοῦ στεφανίτου φόρου, καὶ τοῦ ἄλλου τοῦ ἄλλων. ἵνα ὃ θᾶττον ἡ πόλις κατοικισθῇ, δίδωμι τοῖς τε νῦν κατοικοῦσι καὶ καταλαμψομένοις, ἕως τριετηρίδος μόνος, ἀτελεῖς εἶ μόχει ζημίαν ἐτῶν. ἀπολύω δὲ καὶ εἰς τὸ λοιπὸν αὐτοὺς τοῦ ζήτου μέρους τοῦ φόρου, ὡς τε αὖπαν ἐπανορθωθῆναι τὴν βλάβην. καὶ ὅσοι ἐκ τῆς πόλεως ἁρπαγέντες δουλεύουσιν, αὐτοί τε τούτους καὶ τοὺς ὑπ᾽ αὐτῶν γενομένους ἐλευθέρους ἀφίεμεν, καὶ τὰς οὐσίας αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι κελεύομεν. ἐπὶ ὧν οὖν ὅλοκληρα, ταῦτα φυλάξει. σημεῖον δὲ καὶ τὸ ἱερὸν, ὃν γαμμεν κ᾽ πᾶσαν τὴν βασιλείαν ἐξέθηκε, φυλάσσειν τάδε. μηδενὶ ἐξὸν ἦ ἀλλοφύλῳ εἰς τὸ φυλαττόμενον εἰσιέναι τοῦ ἱεροῦ, ἢ ἀπηγορευμένων τοῖς ἰουδαίοις, εἰμὴ οἷς ἐξ ἀγνείας ἔζιν ἐθιμον κ᾽ τὸν πάτριον νόμον. μηδ᾽ εἰς τὴν πόλιν εἰσφερέσθω ἵππεια κρέα, μύες ἡμίονοι, μύες ἀγρίων ὄνων καὶ ἡμέρων, παρδάλεών τε καὶ ἀλωπέκων καὶ λαγωῶν, καὶ καθόλου πάντων ἢ ἀπηγορευμένων ζώων τοῖς ἰουδαίοις. μηδὲ τὰς δορὰς εἰσφέρειν ἐξὸν εἶναι, ἀλλὰ μηδὲ ζέφειν τι τούτων ἐν τῇ πόλει. μόνοις δὲ τοῖς θεσμοποιοῖς θύμασιν ἐφ᾽ ὧν καὶ τῷ θεῷ δοῦναι καλλιερεῖν, θύειν προσφέρεσθαι χρῆσθαι. ἐὰν δὲ τούτων τι παραβαὶ, ἀποτινύτω τοῖς ἱερεῦσιν, ἀργύρεια δραχμῶν χιλιάδας. ἔγραψε δὲ ἀξιοπίστου ἡμῖν δόξαν παρεσχῆσθαι κ᾽ τὸν φρυγίαν, καὶ λυδίαν ἐπύθετο. καθ᾽ ὃν καιρὸν, ἐπὶ τοῖς αὖπω σταθείσαις καλοῦσιν ζεύξιν τὸν αὐτοῦ στρατηγὸν καὶ ἐν τοῖς μάλιστα φίλον πέμψαντα τῷ ἡμετέρων ἐκ βαβυλῶνος εἰς φρυγίαν, γράφει οὕτως. βασιλεὺς ἀντίοχος ζεύξιδι τῷ πατρὶ χαίρειν. εἰ ἔρρωσαι τῷ εὖ ἔχει. ὑγιαίνω δὲ καὶ αὐτός. πυθανόμενος τοὺς ἐν λυδίᾳ καὶ φρυγίᾳ νεωτερίζοντας, μεγάλης ὑπεροφῆς ἡγησάμενον τοῦτό μοι δεῖσθαι. καὶ βουλευσαμένῳ μοι μετὰ τῶν φίλων τί δεῖ ποιεῖν, ἔδοξεν εἰς τὰ φρούρια καὶ τοὺς ἀναγκαιοτάτους τόπους τῶν ἀπὸ τῆς μεσοποταμίας καὶ βαβυλωνίας ἰουδαίων οἴκους δισχιλίους σὺν ἀποσκευῇ μεταγαγεῖν. πίστεσιμαι γὰρ εὐνόους αὐτοὺς ἔσεσθαι τῇ ἡμετέρων φύλακας, ἅμα τὰ τὸν θεὸν αὐτῶν εὐσέβειαν, καὶ μαρτυρουμένους ἔτι αὐτοὺς ὑπὸ τῶν προγόνων εἰς πίστιν οἶδα καὶ προθυμίαν εἰς ἃ ἂν παραλάβητε. βούλομαι τοίνυν καὶ πρὸ ἐργμάτος ὅτῳ τοῦ μεταγαγεῖν, ἀποχώμενον νόμοις αὐτοὺς χρῆσθαι τοῖς ἰδίοις. ὅταν δὲ αὐτοὺς ἀγάγῃς εἰς τοὺς προειρημένους τόπους, εἰς τὰ οἰκοδομαὶ οἰκιῶν δόσεις αὐτοῖς τόπων ἐκέσῳ, καὶ χώραν εἰς γεωργίαν καὶ φυτείαν ἀμπέλων. καὶ ἀτελεῖς τῶν ἐκ τῆς γῆς καρπῶν εἶναι ἔτη δέκα. μεχρὶς δὲ ἂν τῆς γῆς καρποὺς ἀπόσεις ἐπ᾽ ἔτη δέκα. μεχρὶ δὲ καὶ ἄχρις αὖ τοὺς σῖτον ἐκ τῆς γῆς ἀρτοκαμβάσωσι, σῖτον εἰς τὰς τῶν θεραπόντων ἡμετέρας. διδόσθω δὲ καὶ τοῖς εἰς τὰς χρείας ὑπηρετοῦσι τὸ αὔταρκες, ἵνα τῆς παρ᾽ ἡμῶν τυγχάνοντες φιλανθρωπίας, προθυμότερος παρέχωσι αὐτοὺς περὶ τὰ ἡμέτερα. θεόγνιδα δὲ σοιοῦ καὶ τοῦ ἔθνους κ᾽ τὸ δίκαιον, ὅπως ὑπὸ μηδενὸς ἐνοχλῆται. περὶ μὲν οὖν τῆς ἀντίοχου φιλίας τοῦ μεγάλου πρὸς ἰουδαίους ταῦτα ἡμῖν δηλοῦντος εἰρήσθω. μὴ ὃ

B

C

D

E

F

G

μὴ δὲ ζῶντα φιλίαν ἢ κοινωνίαν πρὸς τὸν Πτολεμαῖον ἀπίοχος ἐποιήσατο, καὶ δίδωσιν αὐτῷ τὴν θυγατέρα Κλεοπάτραν πρὸς γάμον, καὶ χωρίσας αὐτῷ τῆς κοίλης Συρίας καὶ Σαμαρείας καὶ Ἰουδαίας καὶ Φοινίκης, φερνῆς ὀνόματι. καὶ διαιρεθέντων εἰς ἀμφοτέρους τοὺς βασιλεῖς τῷ φόρῳ, τὰς ἰδίας ἕκαστοι τῷ ἔθνει τιμὰς ἐκόμιζον παρ' ἐκείνων, καὶ συναθροίζοντες τὸ περιττὸν τῶν χρημάτων κεφάλαιον, τοῖς βασιλεῦσιν ἐπέλωον. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ Σαμαρεῖς εὐ πράσσοντες πολλὰ τοὺς Ἰουδαίους ἐκάκωσαν, τήν τε χώραν αὐτῶν πορθοῦντες, καὶ σώματα διαπράσσοντες. ἐγένετο δὲ ταῦτα ἔτει ἀρχιερέως Ὀνίου· τελευτήσαντος γὰρ Ἐλεαζάρου, τὴν ἀρχιερωσύνην ὁ θεῖος αὐτοῦ Μανασσῆς ἔλαβε. μεθ' ὃν καταστρέψαντα τὸν βίον, Ὀνίας τὴν τιμὴν ἐδέξατο, Σίμωνος υἱὸς ὢν τοῦ δικαίου κληθέντος. Σίμων δὲ ἦν ἀδελφὸς Ἐλεαζάρου κατὰ τὰ πρόσθεν εἰρημένα. ἔστι δὲ Ὀνίας, βραχὺ μὲν τὸ δειλόν, καὶ χρημάτων ἥττων, καὶ διὰ τοῦτο τὸν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ φόρον, ὃν τοῖς βασιλεῦσιν οἱ πατέρες αὐτοῦ ἐπέλωον ἐκ τῶν ἰδίων, τάλαντα εἴκοσιν ἀργυρίου μὴ δοὺς, εἰς ὀργὴν ἐκίνησε τὸν βασιλέα Πτολεμαῖον Εὐεργέτην, ὃς μὲν πατὴρ τοῦ φιλοπάτορος. καὶ πέμψας εἰς Ἱεροσόλυμα πρεσβευτήν, ἠπείλησε τὸν Ὀνίαν, ἐὰν μὴ ἀποδιδόντα τοὺς φόρους. καὶ ἐπαίλει κληρουχήσειν αὐτῶν τὴν γῆν, οὐκ ἀπολαβών, καὶ πέμψειν τοὺς ἐνοικήσοντας στρατιώτας. ἀκούσαντες δὲ τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως οἱ Ἰουδαῖοι συνεχύθησαν, τὸν δὲ Ὀνίαν οὐδὲν τούτων ἐδυσώπησε διὰ τὴν φιλοχρηματίαν.

A Post hæc amicitia Ptolemæo coniunctus est & fœdere, data in matrimonium Cleopatra filia, & concessa dotis nomine Cœlesyria, vnà cum Phœnice, Iudæáque & Samaria: diuisíque inter vtrumque regem vectigalibus, optimates suæ quisque patriæ exactionem eorum redimebant, & collecta quæ imperata esset pecunia, conferebant eam in regium ærarium. Per ea tempora Samaritæ rebus secundis elati, sæpe Iudæos infestabant agros vastando, & abducendo in captiuitatem homines, maximè sub Onia pontifice. Post obitum enim Eleazari Manasses eius patruus pontificatum assumpsit, quo defuncto Onias successit in sacerdotium Simonis Iusti filius, quem Simonem Eleazari fratrem fuisse diximus.

B

Is Onias pusillanimis erat, & auarus: quæ causa fuit vt tributum, quod pro populo maiores eius de suo solebant regi pendere, talenta argenti viginti non soluendo, ad iram commouerit Ptolemæum Euergetem patrem Philopatoris. Qui misso Hierosolyma legato incusabat Oniam quòd tributum non tribueret: minabatúrque ni faceret regionem eius militibus suis se diuisurum, & nouas colonias eò deducturum. quod audientes Iudæi perterriti sunt, licèt Onias perfricta fronte hæc contemneret, nihil curans præter pecuniam.

C IIII.

Κεφάλαιον δ'.

Ex τῆς ἡρωμένης ἀτυχίας ἐπανόρθωσις ὑπὸ Ἰωσήπου τοῦ Τωβίου, ποιησαμένου φιλίαν πρὸς Πτολεμαῖον.

Cap. IIII.

Iosephus Tobiæ filius imminentem Iudæis calamitatem depellit, amicus Ptolemæo regi factus.

Ἰώσηπος δέ τις, νέος μὲν ἐπὶ τὴν ἡλικίαν, δηλὸς σωφροσύνῃ δὲ καὶ φρονήσει καὶ δικαιοσύνῃ δόξαν ἔχων παρὰ τοῖς Ἱεροσολυμίταις, Τωβίου μὲν παῖς, ἐκ δὲ τῆς Ὀνίου τοῦ ἀρχιερέως ἀδελφῆς γεγονώς, ἀπαγγελθείσης αὐτῷ τῆς μητρὸς τὴν τοῦ πρεσβευτοῦ παρουσίαν, ἔτυχε γὰρ αὐτὸς ἀποδημῶν εἰς φιχόλαν κώμην ἧς ὑπῆρχεν, ἐλθὼν εἰς τὴν πόλιν, ἐπέπληττε τῷ Ὀνίᾳ, μὴ προνοουμένῳ τῆς ἀσφαλείας τοῦ πολιτεύματος, ἀλλ' εἰς κινδύνους τὸ ἔθνος βουλομένῳ προαγαγεῖν διὰ τὴν χρημάτων ἀποστέρησιν, δι' ἃ καὶ τοῦ λαοῦ τὴν προστασίαν λαβεῖν αὐτὸν ἔλεγε, καὶ τῆς ἀρχιερατικῆς τιμῆς ἀπεστερῆσθαι. εἰ δ' ἐφρόνησεν οὕτως ἔχοι τῷ χρημάτων, ὡς δι' αὐτὰ καὶ τὴν πατρίδα κινδυνεύουσαν ἰδεῖν ὑπομεῖναι, καὶ πᾶν ὁτιοῦν παθόντας αὐτοὺς τοὺς πολίτας, συμβουλεύσειν ἀπελθόντα πρὸς τὸν βασιλέα, δεηθῆναι αὐτοῦ ἢ πάντων αὐτῷ συγχωρῆσαι τῶν χρημάτων ἢ μέρους. τοῦ δὲ Ὀνίου μήτε ἄρχειν θέλειν ἀποκεκαμμένου, καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην δὲ λίγοντος, εἰ δυνατὸν ἑτοίμως ἔχειν ἀποθέσθαι λέγοντος, μήτε ἀναβήσεσθαι πρὸς τὸν βασιλέα, μέλειν γὰρ οὐδὲν αὐτῷ περὶ τούτων, εἰ πρεσβεύειν αὐτῷ πρὸς τὸν Πτολεμαῖον συγχωρεῖ τὸ ἔθνος, ἐπιτρέπειν. φήσαντος δὲ δεῖν πρᾶξαι, ἀναβαίνειν εἰς τὸ ἱερὸν ὁ Ἰώσηπος, καὶ συγκαλέσας τὸ πλῆθος εἰς ἐκκλησίαν, μηδὲν ταράττεσθαι μηδὲ φοβεῖσθαι παρῄνει τὸν Ὀνίου τοῦ θείου περὶ αὐτῶν ἀμέλειαν. ἀλλ' ἐν ἀδείᾳ τῇ ἀπὸ τῆς σωθεροποιοῦ ἐλπίδος θάρσος αὐτοῖς ἔχειν ἐπέτρεπεν. πρεσβεύσειν γὰρ αὐτὸς ἐπαγγέλλετο πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ πείσειν αὐτὸν ὅτι μηδὲν ἀδικοῦσιν.

D E F G

Iosephus autem quidam ætate iuuenis, sed honestate, prudentia, iustitia inter Hierosolymitas celebris, Tobia patre natus è sorore Oniæ pontificis, cùm indicio matris cognouisset de aduentu legati, fortè enim in Phichola natali vico aberat, veniens in vrbem inuectus est in Oniam, qui non curaret securitatem publicam, sed modò pecuniis parcat, coniiceret in periculum populum, à quo & reipub. administrationem & pontificalem honorem acceperat. Quòd si tanto amore pecuniæ teneretur, vt propter eam sustineat & patriam & ciues in discrimen adduci, iret saltem ad regem, & precibus obtineret ab eo vel totam, vel partem aliquam eius pecuniæ. Onia verò dicente neque principatum se morari, & pontificatum etiam, modò liceat libenter se depositurum: neque iturum ad regem, quum nihil curet hoc negotium: rogauit Iosephus num ipsi permitteret legationem publicam suscipere. Quo annuente ascendit in templum, & aduocata concione, hortatus est eos ne terreantur Oniæ sui auunculi negligentia, sed missa mœstitia meliorem securitatis spem concipiant. Seipsum enim iturum legatum ad regem, & causam eorum bona fide acturum, persuasurúmque ei quòd irascatur immeritò.

Quibus auditis plebs gratias egit iuueni. Ipſe verò egreſſus ex templo legatum regium excepit hoſpitio, & donatum pretioſis muneribus, lauréque per aliquot dies acceptum, præmiſit ad regem, dicens ſe quoque mox ſecuturum. Iam enim magis etiam quàm antè accenſus erat ad eam profectionem, quia legatus hortatus fuerat vt in Ægyptum veniret, operámque ſuam obtulerat: effecturum enim ſe vt quicquid opus haberet, à rege impetraret facilè. Vehementer enim captus eſt liberalibus honeſtiſſimi iuuenis moribus. Cæterùm reuerſus in Ægyptum, denarrauit regi Oniæ ingratitudinem, multum interim prædicata Ioſephi bonitate: quem breui venturum aiebat, & patrocinaturum populo, cuius curam propter pontificis ſegnitiem ſuſceperit. Tantis denique iuuenem aſſiduè ornabat laudibus, vt & rex & regina Cleopatra erga abſentem adhuc affecti eſſent optimè. at Ioſephus miſſis in Samariam qui ab amicis pecuniam mutuo ſumerent, ſatis iam inſtructus ad profectionem iumentis, veſtibus & poculis, impenſis in hæc viginti drachmarum millibus, peruenit Alexandriam. Forte fortuna ita accidit, vt illo ipſo tempore ad regem venirent omnes Syriæ ac Phœnices vrbium principes ad emenda vectigalia, quæ ſingulis annis rex vendebat oppidanorum potentioribus. hi videntes Ioſephum in itinere, deridebant eius tenuitatem & inopiam. qui cùm apud Alexandriam audiſſet, Memphi Ptolemæum eſſe, profectus eſt illi obuiam. Sedente autem rege in curru vnà cum regina & Athenione amico (is erat qui legatus Hieroſolymis hoſpitio Ioſephi vſus fuerat) conſpicatus eum Athenio mox regi notum reddidit, dicens hunc eſſe illum iuuenem, cuius bonitatem ac liberalitatem Hieroſolymis reuerſus tantopere prædicauerat. Tum Ptolemæus & prior eum ſalutauit, & currum iuſſit conſcendere. quo facto Oniam accuſare cœpit. At Ioſephus: Danda eſt, inquit, ſenectuti venia. Scis enim quòd ſenes & pueri eundem habent animum. Nos autem iuuenes officio noſtro non deerimus, vt nihil de nobis meritò poſſis conqueri. Ex hoc primo colloquio rex deguſtata iuuenis ciuilitate, adeò cœpit eum amare vt iuberet eum diuerſari in regia, & quotidie ſuæ menſæ adhiberet. quod cùm primates Syrorum viderent apud Alexandriam, indignè ferebant. Cúmque dies auctionis veniſſet, qua addicenda erant vectigalia, licitabantur ea nobiles ſuæ quiſque patriæ: & cùm octo millia talentorum colligerentur è vectigalibus Cœleſyriæ Phœnicéſque & Iudææ ac Samariæ, accedens Ioſephus culpabat illos licitatores, tanquam de compoſito tam paruum regi precium promitterent. Se enim paratum duplum numerare, relictis regi damnatorum confiſcationibus, quę priùs publicanis ſolebant accedere. Rege verò libenter hæc audiente,

καὶ τὸ μὲν πλῆθος τούτων ἀκοῦσαν, νὺ χαίρειν τῷ ἰωσήπῳ. καταβὰς δ' αὐτὸς ὑπὸ τὸ ἱερὸν, ξενία τε ὑποδέχεται τὸν Ὀνίαν παρὰ τοῦ Πτολεμαίου παρεσκευασμένα, καὶ δωρησάμενος αὐτὸν πολυτελέσι δωρειαῖς, καὶ ὅτι πολλὰς εἰσάσας φιλοτίμως ἡμέρας, προέπεμψε πρὸς τὸν βασιλέα, φράσας αὐτῷ, καὶ αὐτὸν ἀκολουθήσειν. καὶ δὴ ἐπὶ μᾶλλον ἐγεγόνει πρόθυμος πρὸς τὴν ἄφιξιν τὴν παρὰ τὸν βασιλέα, τῷ προσβύτῃ πρόξενος καὶ παρορμήσαντος εἰς ἄγυπτον ἥδεῖν, καὶ πάντων ὧν ἂν δέηται παρὰ τοῦ Πτολεμαίου τυγχάνειν αὐτὸν ποιήσειν ὑποχωμένου. τὸ γὰρ ἐλευθέριον αὐτοῦ καὶ τὸ σεμνὸν τοῦ ἤθους, λίαν ἠγάπησε. καὶ ὁ μὲν πρεσβύτης ἐλθὼν εἰς τὴν ἄγυπτον, ἀπήγγειλε τῷ βασιλεῖ τὴν τοῦ ὀνίου ἀγνωμοσύνην, καὶ ὡς εἰ τῆς τοῦ ἰωσήπου χρηστότητος ἐδέησεν, καὶ ὅτι μέλλει πρὸς αὐτὸν ἥξειν, παραιτησόμενος τὴν ἀμαρτημάτων τὸ πλῆθος. εἰ γὰρ αὐτῷ προσήκειν. ἀμέλει τοσαύτην εἶχε τὴν ἐγκαμίσιον τοῦ νεανίσκου διεπέλασε χρῶμενος εὐνοίᾳ, ὥστε καὶ τὸν βασιλέα, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κλεοπάτραν, εὐδιάθετον οἰκείως ἔχειν πρὸς τὸν ἰώσηπον οὔπω παρόντα. ὁ δὲ ἰώσηπος ἀσπασάμενος πρὸς τοὺς φίλους εἰς σαμάρειαν, καὶ δανεισάμενος ἀργύριον, καὶ τὰ πρὸς τὴν ὑποδημίαν ἑτοιμασάμενος ἐσθῆτας τε καὶ σκεύματα καὶ ὑποζυγία, καὶ ταῦθ' ὡς εἶχε δισμυρίας δραχμὰς εὐδοκιμασάμενος, εἰς ἀλεξάνδρειαν παρεγένετο. ἔτυχε δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν πάντας ἀναβαίνειν τοὺς ἐκ τῶν πόλεων τῶν παραλίων καὶ φοινίκης πρώτους καὶ ἄρχοντας, ὅτι τὰ τελῶν ὠνιοῦ. κατ' ἔτος δὲ ταῦτα τοῖς δυνατοῖς τῶν ἐν ἑκάστῃ πόλει ὅτι πρᾶσιν ὁ βασιλεύς. ὁρῶντες οὖν οὗτοι κατὰ τὴν ὁδὸν τὸν ἰώσηπον, ἐχλεύαζον ὅτι πενία καὶ λιτότητι. ὡς δ' εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν ἀφικόμενος, ἐν μέμφει τὸν βασιλέα πτολεμαῖον ἔπεσεν ὄντα, ὑπαντιάσας αὐτῷ. καθιζομένου δὲ τοῦ βασιλέως ὅτι ὀχήματος μετὰ τῆς γυναικὸς, καὶ μετ' ἀθηνίωνος τοῦ φίλου, ἔξεστί σοι ὦ ὁ πρεσβύσας εἰς ἱεροσόλυμα καὶ τὸν ἰώσηπον ξενιθείς, θαρσάμενος αὐτὸν ὁ ἀθηνίων, ὡς θυὸς ἐποίει τῷ βασιλεῖ γνώμην, λέγων τάδε εἶ, δεῖ οὖ τὸν λυμένον ἐξ ἱεροσολύμων ἀπήγγειλεν ὡς ἀγαθὸς τε εἴη καὶ φιλότιμος νεανίσκος. ὁ δὲ πτολεμαῖος, πρῶτος τὸ αὐτὸν ἠσπάσατο, καὶ ἀναβιῶναι ὅτι τὸ ὄχημα παρεκάλεσε. καθεζόμενος δὲ τοῦ δεῖ τῶν ὀνία θεατιζομένων ἤρξατο ἐγκαλεῖν. ὁ δὲ συγγίνωσκέ φησιν αὐτῷ ὀλίγα τὸ γῆρας. οὐ γὰρ λανθάνει σε πάντας, ὅτι καὶ τοὺς πρεσβύτας καὶ τὰ νήπια τὸν αὐτὸν ὀλέθριον ἔχειν συμβέβηκε. δεῖ δὲ ἡμᾶς ἔσασθαι τῷ νέων ἅπαντα, ὡς τε μηδὲν αἰτιάσασθαι. ἡδεῖς δὲ ὅτι τῇ χάριτι καὶ δι' εὐφυΐα τοῦ νεανίσκου, μᾶλλον αὐτὸν ὡς ἤδη πεπιεσμένῳ ἀγαπᾶν ἤρξατο, ὡς εἴτε τοῖς βασιλείοις αὐτὸν καλέσας ἐνδιαιτᾶσθαι, καὶ καθημένου ὅτι δ' ἐξουσίας δ' ἰδίας ἔχων. γενομένου δὲ ἐν ἀλεξανδρείᾳ τοῦ βασιλέως, ἰδόντες οἱ πρῶτοι τῆς συρίας συγκαθεζόμενον αὐτῷ τὸν ἰώσηπον, ἀνδρῶς ἔφερον. ἐστάσης δὲ τὰς ἡμέρας καθ' ἣν ἔμελλε τὰ τέλη πωλεῖσθαι τῶν πόλεων, ἠγόραζον οἱ τοῖς ἀξιώμασιν ἐν ταῖς παρόδοις ἀλαφέροντες. εἰς ὀκτακισχίλια δὲ τάλαντα συναθροιζομένων τῶν τῆς κοίλης συρίας τελῶν, καὶ τῶν τῆς φοινίκης καὶ ἰουδαίας, σὺν τῇ σαμαρείᾳ, προσελθὼν ὁ ἰώσηπος, τοῖς μὲν ὠνουμένοις ἐβάλλετο ὡς συνθησόμενος ὀλίγην αὐτῷ τιμὴν ὑφίσασθαι τῶν τελῶν. αὐτὸς δὲ διπλασίονα δώσειν ὑπεσχνεῖτο. καὶ τῶν ἁμαρτόντων εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, τὰς οὐσίας ἐκπέμψειν αὐτῷ. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τοῖς τέλεσι συνεπροσέκειτο. τοῦ δὲ βασιλέως ἡδέως ἀκούσαντος, καὶ ὡς

καὶ ὡς αὔξοντι τῷ φόρῳ δοῦναι κατακυρῶ τὴν ὠνὴν τῷ τελῶν ἐκείνῳ φήσαντος, ἐφ' ᾧ τοῦτο, εἰ τοὺς ἐγγυησομένους αὐτὸν ἔχοι δοκοῦντας, σφόδρα ἀστείως ἀπεκρίνατο, δώσειν δ' εἰπὼν ἀνθρώπους ἀγαθοὺς τε καὶ καλοὺς, οἷς οὐκ ἀπιστήσειν. λέγειν δ' τούτους οἵτινες εἰσὶν εἰπόντος, καὶ τὸν, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ σε, καὶ τὴν γυναῖκα τὴν σὴν, ὑφ' ἑκατέρου μέρους ἐγγυησομένους δί δωμί σοι. γελάσας δ' ὁ Πτολεμαῖος, συνεχώρησεν αὐτῷ δίχα τῶν ὁμολογουμένων, ἔχειν τὰ τέλη. τοῦτο σφόδρα τοὺς ὑπὸ τῶν πόλεων εἰς τὴν ἀγυπτον ἐλθόντας ἐλύπησεν, ὡς παρὰ δοκιμηθέντας. οἱ μὲν ἐτάνυσον εἰς τὰς οἰκείας ἕκαστοι παῤῥησίας μετ' ἀχυμίης. ὁ δ' Ἰώσηπος λαβὼν παρὰ τοῦ βασιλέως πεζοὺς στρατιώτας δισχιλίους, ἠξίωσε δὲ τινὰ βοήθειαν λαβεῖν, ἵνα τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι καταφρονοῦντας ἔχῃ διάζειδαι. καὶ δανεισάμενος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, παρὰ τῶν τοῦ βασιλέως φίλων τάλαντα πεντακόσια, εἰς συρίαν ἐξώρμησε. γνόμενος δ' ἐν Ἀσκάλωνι, καὶ τοὺς φόρους ἀπαιτῶν τοὺς Ἀσκαλωνίτας, ἐπεὶ μηδὲν ἐβούλοντο διδόναι, ἀλλὰ καὶ προσύβριζον αὐτὸν, συλλαβὼν αὐτῶν τοὺς πρωτεύοντας ὡς εἴκοσι, ἀπέκτεινε, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν εἰς χίλια τάλαντα, ἀθροισθείσας ἔπεμψε τῷ βασιλεῖ, δηλῶν αὐτῷ καὶ τὰ γεγονότα. θαυμάσας δ' αὐτὸν ὁ Πτολεμαῖος τὸ φρόνημα, καὶ τῶν πεπραγμένων ἐπαινέσας αὐτὸν, ἐφίησιν αὐτῷ ποιεῖν ἃ βούλεται. τοῦτ' ἀκούσαντες οἱ σύριοι κατεπλάγησαν, καὶ δεδιότες τὴν ἀπειθείας χαλεπὸν ἔχοντες τοῖς τοῦ Ἀσκαλωνίτου ἀνδρας ἀφηρημένους, ἀνοίγοντας τὰς πύλας ἐδέχοντο προθύμως τὸν Ἰώσηπον καὶ τοὺς φόρους ἐτέλουν. δυνηθεὶς δὲ καὶ συνδοκιμεῖν ὑβρίζειν αὐτὸν, καὶ μὴ παρέχειν τοὺς φόρους αὐτῷ, οἷς μηδὲν ἀμφισβητοῦντας ἐτέλουν, καὶ τούτων ἀπεκτείνας τοὺς πρώτους, τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀπέστειλε τῷ βασιλεῖ. συναγαγὼν δὲ πολλὰ χρήματα καὶ κέρδη ποιήσας μεγάλα ἐκ τῆς ὠνῆς τῶν τελῶν, εἰς τὸ δεκαπλάσιον τὴν ὑπάρχουσαν αὐτῷ δύναμιν τοῖς οὖσι κατεχρήσατο, τὴν ἀφορμὴν αὐτῷ καὶ τὴν ὑπόθεσιν τῆς τότε δυτυχίας παρεῖν, φρόνιμον ἠγούμενος, ἐξ ἀπόρων ὢν αὐτὸς ἐκέκτητο. πολλὰ γὰρ ὑπὸ χεῖρα τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ κλεοπάτρᾳ δῶρα ἔπεμψε, καὶ τοῖς φίλοις αὐτῶν, καὶ πᾶσι τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν δυνατοῖς, ὠνούμενος διὰ τούτων τὴν εὔνοιαν τὴν παρ' αὐτῶν. ἀπήλαυσε δὲ ταύτης τῆς δυτυχίας, ἐπ' ἔτη κβ'. πατὴρ μὲν γενόμενος ἐκ μιᾶς γυναικὸς, παίδων ζ'. ποιησάμενος δὲ καὶ ἐκ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ σολυμίου θυγατρὸς ἕνα υἱκανὸν ὄνομα. γαμεῖ δὲ ταύτην ἐξ αἰτίας τοιαύτης. συνὼ τὰδελφὰ ποτὲ εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐλθὼν ἄρτι καὶ τὴν θυγατέρα γάμων ὥραν ἔχουσαν, ὅπως αὐτὴν συνοικήσῃ τῷ ἑαυτοῦ ἀξιώματος Ἰουδαίων, καὶ δειπνῶν παρὰ τῷ βασιλεῖ, ὀρχησαμένης εἰσελθούσης εἰς τὸ συμπόσιον διαφερούσης, ἐνεθυμήθη τῷ ἀδελφῷ τοῦτο μηνύει, παρακαλῶν αὐτὸν ἅτε καὶ νόμῳ κεκάλυται τοῖς Ἰουδαίοις ἀλλοφύλῳ πλησιάζειν γυναικὶ, συγκρύψαντα τὸ ἁμάρτημα καὶ δέκορον ἀγαθὸν ἡγούμενον, παρασχεῖν αὐτῷ ὡς τε πληρῶσαι τὴν ἐπιθυμίαν. ὁ δὲ ἀδελφὸς ἀσμένως δεξάμενος τὴν δεκονίαν, κοσμήσας τὴν αὐτοῦ θυγατέρα νυκτὸς ἦγαγε πρὸς αὐτὸν, καὶ συγκατοικίσησεν. ὁ δὲ ὑπὸ μέθης ἀγνοήσας τὸ ἀληθὲς, συνήρχετο τῇ τοῦ ἀδελφοῦ θυγατρί. καὶ τούτου γενομένου πολλάκις, ἠράσθη σφοδρότερον. ἔφη δὲ πρὸς τὸν ἀδελφὸν ὡς κινδυνεύοι τὸ ζῆν ἐρῶν τῆς ὀρχηστρίδος, ἣν ἴσως οὐκ ἂν αὐτῷ παραχωρήσειν τὸν βασιλέα.

A & vt amplificatori redituum ſuorum addicturum ſe promittente, rogante tamen ecquos fideiuſſores haberet, feſtiuè reſpondit, daturum ſe homines probos & honeſtos, quibus non grauaretur credere. Quos vt proferret poſtulatus: Te, inquit, rex dabo, tuámque coniugem, vt alter alteri pro me fideiubeat. Tum rex arridens permiſit eum abſque fideiuſſione habere vectigalia. id quod valde moleſtum fuit his qui poſthabiti fuerant, non ſine pudore in B patriam reuertentibus. Ioſephus autem acceptis à rege duobus militum millibus, quos ideo petierat vt poſſet contumaces in vrbibus vi cogere, & mutuatus Alexandriæ ab amicis regiis quingenta talenta, profectus eſt in Syriam. Et cùm veniſſet Aſcalonem, tributúmque à ciuibus exigeret, & non ſolùm nihil acciperet, ſed conuitiis etiam appeteretur: comprehenſos circiter viginti eorum primates affecit ſupplicio: & redactis ex eorum C facultatibus mille talentis, regi eam pecuniam tranſmiſit, indicans quidnam egerit. Ptolemæus autem miratus eius prudentiam, & approbato quod egerat, permiſit ei quicquid vellet facere. Hoc audito Syri, exemplo recenti caſtigatæ in Aſcalonitis inobedientiæ territi, patentibus portis Ioſephum excipientes tributa ſoluebant. Cúmque etiam Scythopolitæ per contumaciam detrectarent imperata more ſolito tributa dependere, horum quo- D que necatis primatibus, facultates damnatorum ad regem miſit: comparatíſque multis pecuniis & multa lucratus ex redemptione vectigalium, his opibus ad conſtabiliendam præſentem potentiam vſus eſt, prudenter exiſtimans optimum eſſe iam parram felicitatem tueri ex ipſius reditibus. multa namque munera regi atque reginæ in manum mittebat, multa etiam horum amicis & omnibus in aula potentibus, beneuolentiam eorum hoc pacto ſibi concilians. Vſus eſt autem ea proſperitate per annos XXII. ex vna vxore procreatis ſeptem filiis, ſuſcepto etiam vno ex fratris Solymij filia, nomine Hyrcano: quam hac occaſione duxit coniugem. Cùm aliquando veniſſet Alexandriam cum fratre, ducente ſecum filiam nubilem, vt eam ibi alicui nobili Iudæo nuptum traderet: cœnans cum rege, ingreſſam in conuiuium formoſam ſaltatriculam adamauit, ſolíque fratri hoc indicauit, rogans vt quandoquidem lege vetaretur habere rem cum fœmina alienigena, ſubſeruiret ei vt clàm ea potiri poſſet. Frater verò libenter operam ſuam pollicitus, ornatam filiam ſuam noctu ad eum adduxit, & in lectum eius collocauit: atque ita parum ſobrius, per errorem cum fratris filia congreſſus eſt: & cùm hoc ſæpius feciſſet, magis etiam in amorem accenſus, conqueſtus eſt apud fratrem quòd periculum eſſet, ne non poſſet excutere amorem ſaltatriculæ, quam fortè rex nollet ei cedere.

Tum Solymius ait non esse opus vt hac de re sit anxius, licere enim ei frui amata muliere, atque etiam vxorem eam ducere: falsus quòd maluerit filiæ fieri iniuriam, quàm fratrem tale dedecus in se admittere. Ioſephus collaudata tam fraterna beneuolentia, vxorem duxit eius filiam: ex eáque genuit quem diximus, Hyrcanum filium. Is cùm annos natus tredecim adulescens adhuc generosam & prudentem præ se ferret indolem, fratrum in se concitauit odia, quòd eos in omnibus videretur antecellere. Ioſephus enim volens cognoscere quisnam ex his ad virtutem esset idoneus maximè, vnumquemque misit ad eos qui tum professione disciplinarum erant celebres: illi verò propter segnitiem & laborum impatientiam indocti domum reuersi sunt. Deinde minimum natu Hyrcanum cum trecentis iugis boum misit itinere septem dierum in solitudinem, vt illic sementem faceret: sed prius subtractis clàm loris, quibus arator boues ad iugum solet astringere. Quò postquàm peruentum est, cùm non haberet lora, contempto bubulcorum consilio, suadentium aliquem ad patrem mittere qui adferret: nolénsque interim expectando eorum reditum tempus perdere, commentus est quiddam veterano duce magis dignum quàm id ætatis homine. Mactatis enim decem iugis carnes quidem in operarios distribuit: sectis autem tergoribus, & loris inde factis, iuga hoc modo bubus aptauit: & hoc modo arata terra quam pater proscindi iusserat, sementéque facta, domum rediit. Pater autem reuersum exosculatus ob prudentiam & acumen ingenij, & quòd excogitata auderet aggredi, vt solum germanum filium, magis etiam posthac amauit, indignè ferentibus reliquis fratribus. Interea venit quidam nuncians quòd regi Ptolemæo natus sit filius: versíque omnes Syriæ magnates cum subditis ad lætitiam, natalem pueri celebrabant, ac deinde Alexandriam gratulatum sunt profecti magno apparatu, Ioſepho ob ætatem iam grauantem domi manere coacto. pertentauit tamen filiorum animos, num quis ex his vellet eam profectionem suscipere: & recusantibus cæteris, quòd se negarent scire mores aulicos, quomodo versandum sit cum regibus, suadentibúsque vt Hyrcanum fratrem mitteret: libenter hoc audito, statim eum aduocat: rogátque ecquid liberet, aut idoneum se putaret, qui ad regem salutatum accederet. qui cùm promptè eam profectionem susciperet, & modica pecunia sibi opus fore diceret: velle enim se frugaliter viuere, vt decem drachmarum millia sufficiant, admodum lætatus est filij prudentia. Deinde puer cùm aliquandiu siluisset, suasit patri ne domo quicquam munerum regi mitteret: sed vt ad procuratorem suum Alexandrinum scriberet, vt pecuniam ipsi præberet ad emendum regi id quod inueniret pulcherrimum & pretiosissimum. Ille verò ratus decem fortasse talenta impensurum in munera, & comprobato filij consilio, scripsit procuratori Arioni,

τῶ δ' ἀδελφοῦ, μηδὲν ἀγωνιᾶν ὧδε καλοῦντος, ἀπολαύειν δ' ἧς ἐρᾷ μετ' ἀδείας, καὶ γυναῖκα ἔχειν αὐτὸν φύσαντος, καὶ ταληθὲς αὐτῷ φανερὸν ποιήσαντος, ὡς ἕλοιτο μᾶλλον τὸν ἰδίαν ὑβρίσαι θυγατέρα, ἢ φθεισθῆν ἐκεῖνον ἐν αἰσχύνῃ γηρόμενον. ἐπαινέσας αὐτὸν ὁ ἰώσηπος τῆς φιλαδελφίας, συνῴκησεν αὐτῷ τῇ θυγατρὶ, καὶ παῖδα ἐξ αὐτῆς ἐγέννησεν ὑρκανὸν ὄνομα ὡς φθειρήκαμεν. ἐπεὶ δ' ὧν ιγ' ἐτῶν οὗτος ὁ παῖς νεώτερος ἐπεδείκνυτο τὸν φυσικὸν αἰδρείαν καὶ σύνεσιν, ὡς ζηλοτυπηθῆναι δι' αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, ὄντα πολὺ κρείττονα καὶ φθονηθῆναι δυνάμενον, τῶ δ' ἰωσήπου γνώμην θελήσαντος τὶς αὐτῷ τῶν ἡρῶν πρὸς ἀρετὴν εὐπόρησε, καὶ καθόλα πέμψαντος πρὸς τοὺς παιδεύοντας τότε δόξαν ἔχοντας, οἱ λοιποὶ μὲν ὑπὸ ῥαθυμίας καὶ τῆς πρὸς τὸ φιλεργεῖν μαλακίας, αὐόητοι καὶ ἀμαθεῖς ἐπανῆκον αὐτῷ. μετ' ἐκείνους τὸν νεώτατον ὑρκανὸν δυσὶ αὐτῷ τ' ζεύγη βοῶν, ἐξέπεμψεν ὁδὸν ἡμερῶν β' εἰς τὴν ἐρημίαν, ἀπεροῦντα τὴν γῆν, ὑποκρύψας τοὺς ζυγατῆρας ἱμάντας. ὁ δὲ γενόμενος ἐν τῷ τόπῳ καὶ τοὺς ἱμάντας οὐχ ἔχων, τῆς μὲν τοῦ βουλάρχου γνώμης κατεφρόνησε, συμβουλεύοντων πέμπειν πρὸς τὸν πατέρα κομιοῦντας πάλιν τοὺς ἱμάντας. τὸν δὲ καιρὸν ἡγησάμενος μὴ δεῖν ὑπολλυῶσι πρεσβύτου τοὺς ἀποσταλησομένους, ἐπισπάσας τι σφάγιον καὶ τῆς ἡλικίας ἁρμοσθύτερον. κατασφάξας γὰρ δέκα ζεύγη, τὰ μὲν κρέα τοῖς ἐργάταις διένειμε. τιμὰς δὲ τὰς δορὰς αὐτῷ, καὶ ποιήσας ἱμάντας, ἐνέδυσε τούτοις τὰ ζεύγεια, καὶ τῶτον τὸν τρόπον ἀπέρας, ἰὼ ὁ πατὴρ αὐτῷ προσέταξε γῆν, ὑπέστρεψε πρὸς αὐτόν. ἐλθόντα δ' ὁ πατὴρ ἀσπασάμενος τὸ φρονήματος, καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς διανοίας, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῇ τολμηρὸν ἐπαινέσας, ὡς μόνον ὄντα γνήσιον, ἔτι μᾶλλον ἔστεργε, ἀχθομένων τῷ ἀδελφῶν δι' τοῦτο. ὡς δ' ἀπήγγειλε τὶς αὐτῷ, κατὰ τῶτον τὸν καιρὸν ἡδὺ τῷ βασιλεῖ πτολεμαίῳ γεγονέναι, καὶ πάντες οἱ φρονοῦντες τῆς συρίας καὶ τῆς ὑπηκόου χώρας ἑορτάζοντες τὴν ἡμέραν τοῦ παιδίου, μετὰ μεγάλης ὄγκου εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν ἐξώρμων, αὐτὸς μὲν ὑπὸ γήρως κατέλιπετο. τῷ δ' ἡδὺ ἀπιστεῖτο εἴ τις αὐτῶν βούλεται ἀπελθεῖν πρὸς τὸν βασιλέα. τῷ δὲ πρεσβυτέρων παραιτησαμένων, καὶ πρὸς τὰς τοιαύτας συνουσίας ἀγροικοτέρων ἔχειν φησάντων, τὸν ἀδελφὸν δ' ὑρκανὸν πέμπειν συμβουλευσάντων, ἡδέως ἀκούσας, καλεῖ τὸν ὑρκανὸν, καὶ εἰ δυνατὸς πρὸς τὸν βασιλέα βαδίσαι, καὶ εἰ πρόθυμος ἔστιν ἀπελθεῖν. ἐπαγγειλαμένου δ' πορεύσεσθαι, καὶ δεῖσθαι χρημάτων οὐ πολλῶν φήσαντος εἰς τὴν ὁδὸν, ζήσεσθαι γὰρ ὀλιγικῶς, ὥστε ἀρκέσειν αὐτῷ δεκαμνᾶς μυρίας, ἥδη τῷ παιδὸς τῇ φρονήσει. θαλίπων δ' ὀλίγον ὁ παῖς συνεβούλευσε τῷ πατρὶ, δῶρα μὲν αὐτόθι μὴ πέμπειν τῷ βασιλεῖ. δοῦναι δ' ὀψωνίων πρὸς τὸν ἀλεξανδρέα οἰκονόμον, ὅπως αὐτῷ παρέχῃ πρὸς ὠνὴν ὧν ἂν εὕρῃ καλλίστων καὶ πολυτελῶν χρήματα. ὁ δὲ νομίζων δέκα ταλάντων ἔσεσθαι τὴν εἰς τὰς δωρεὰς τῷ βασιλεῖ δαπάνην, καὶ τὸν υἱὸν ἐπαινέσας ὡς παραινοῦντα καλῶς, γράφει τῷ οἰκονόμῳ ἀρίωνι, ὃς ἀ-

ἐς ἅπαντα τὰ ἐν ἀλεξανδρείᾳ χρήματα αὐτῷ διώκει, οὐκ ὄντα ἐλάσσω ξιχιλίων ταλάντων. ὁ γὰρ ἰώσηπος τὰ ἀπὸ τῆς συρίας χρήματα ἔπεμπεν εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν, καὶ προθεσμίας ἐνίστατο καθ' ἃς ἔδει τῷ βασιλεῖ τοὺς φόρους ἀπαριθμεῖν, ἵνα φαρε τῷ ἀρίωνι τοῦτο ποιεῖν. πρὸς οὖν τοῦτον ἀπαντήσας τὸν πατέρα καὶ λαβὼν ἐπιστολὰς, εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν ὥρμησεν. ἐξελθόντος δ' αὐτοῦ, γράφουσιν οἱ ἀδελφοὶ πᾶσι τοῖς τοῦ βασιλέως φίλοις, ἵνα αὐτὸν διαφθείρωσιν. ὡς δὲ παραγινόμενος εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν, ἀπέδωκε τῷ ἀρίωνι τὴν ἐπιστολὴν, ἐπερωτήσαντος αὐτοῦ, πόσα βούλεται τάλαντα λαβεῖν, ἤλπιζεν δ' αἰτήσειν δέκα, ἢ βραχεῖ τούτων πλείω, εἰπόντος χιλίων χρήζειν, ὀργισθεὶς ἐπέπληττεν αὐτῷ, ὡς ἀσώτως ζῶν διηγωκάτι. καὶ πῶς ὁ πατὴρ αὐτοῦ σωφρόνως τὴν οὐσίαν, ὡς πονῶν καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτὸν ἀντέχων ἀβλαβῆ, καὶ μιμεῖσθαι αὐτὸν ἠξίου ἡγεῖσθαι τὸν γεννήσαντος. δώσειν δ' οὐδὲν πλέον τάλαντον δέκα, καὶ ταῦτ' εἰς δωρεὰς τῷ βασιλεῖ. παροξυνθεὶς ὁ παῖς, εἰς δεσμὰ τὸν ἀρίωνα ἐνέβαλε. τῆς δὲ τοῦ ἀρίωνος γυναικὸς, τοῦτο δηλωσάσης τῇ κλεοπάτρᾳ, καὶ δεηθείσης ὅπως ὑπολύσῃ τοῦ παιδὸς, ἀφόρα δὲ λίθῳ ὁ ἀρίων ἐν τιμῇ παρ' αὐτῇ, φασιὸν τῷ βασιλεῖ τοῦτο ἐποίησεν ἡ κλεοπάτρα. ὁ δὲ πολεμαῖος πέμψας πρὸς τὸν ὑρκανὸν, θαυμάζειν ἔλεγε πῶς ὑποτελεῖς πρὸς αὐτὸν ὄντὸ τοῦ πατρὸς, οὔτε ὀφθεὶς αὐτῷ, καὶ πρεσβευτὴν δόντος τὸν οἰκονόμον. ἐλθόντα οὖν τὴν αἰτίαν αὐτῷ μηνύειν ἐκέλευσε. τὸν δὲ φασὶν ὑποκειμένου τῷ ποδὶ τοῦ βασιλέως λίθου αὐτῷ, ὅτι νόμος ἔξι παρ' αὐτοῖς κωλύων τὸν ἡγεμονεύοντα γεύσασθαι θυσίας, πρὶν εἰς τὸ ἱερὸν ἐλθεῖν καὶ θύσαι τῷ θεῷ. κἀ δὲ τοῦτον τὸν νόμον, οὐδὲ αὐτὸν ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν, πρεσβεύοντα δεῦρο καμέσαι τοῦ πατρὸς διεργάτην γνωμένου. τὸν δὲ δοῦλον κολάσαι πρακούσαντα ὧν προσέταξε. φαρίρεσ γὰρ οὐδὲν, ἢ μικρὸν εἴ) τινὰ διαφέρειν ἢ μέγαν. διὸ οὖν μὴ κολάζοιμι τοὺς ἰουδαίους, ἢ σὺ προσέταξε ὑπὸ τῶν ἀρχομένων καταφρονεῖσθαι. ταῦτ' ἀκούσας ὁ πτολεμαῖος, εἰς γέλωτα ἐξάπτη, καὶ τὸν μεγαλοφροσύνῃ τοῦ παιδὸς ἐθαύμασε. μαθὼν δ' ὁ ἀρίων ὅτι τοῦτον ὁ βασιλεὺς διετίμα τὸν τρόπον, καὶ ὅτι μεγάλη βοήθεια ἔξιν αὐτῷ, δοὺς τὰ χίλια τάλαντα τῷ παιδὶ, τῶν δεσμῶν ἀπελύθη. καὶ ξεῖς δειπνῶν ἡμέρας ὁ ὑρκανὸς, ἠπάσατο τοὺς βασιλεῖς. οἱ δ' ἀσμένως αὐτὸν εἶδον, καὶ φιλοφρόνως εἰσίασαν δεῦρο τὸν πρὸς τὸν πατέρα τιμή. λάθρα δ' πρὸς τοὺς ἐμπόρους ἐλθὼν, ὠνεῖται παρ' αὐτῶν παῖδας εὖ ἑκατὸν γεγράμματα ὑποσαμένους καὶ ἀκριβοστάτους, ἑνὸς ἕκαστον ταλάντου. ἑκατὸν δὲ παρθένους τῆς αὐτῆς τιμῆς ἑκάστην. κληθεὶς δ' ἐφ' ἑστίασιν πρὸς τὸν βασιλέα, μὴ τῷ φρόνιμον τῆς χώρας, ὑποκατακλίνεται πάντων, καταφρονηθεὶς ὡς παῖς ἔτι τὴν ἡλικίαν ὑπὸ τῶν τοὺς τόπους καὶ τὴν ἀξίαν διαγνόντων. τῷ δὲ συγκατακειμένων ἑκάστων τῷ μεροῦς τὰ ὀστᾶ, αὐτὸς γὰρ αὐτοὶ τὰς σάρκας, σωρεύοντες ἐμπροσθεν τοῦ ὑρκανοῦ, ὡς πλησίον τὴν κατακειμένην αὐτῷ ξάπτειν, ξύφων, ὃς ἦν τοῦ βασιλέως ἀθυρμα ν) πρὸς τὰ σώματα καὶ τοὺς ἐν τοῖς πότοις γέλωτας αἰεὶ δίδοτο, κληθέντων αὐτὸν τῷ κ τακειμένων τῇ ξαπίζῃ, παρεστὼς τῷ βασιλεῖ, ἐρᾷς, εἶπεν, ὦ δέσποτα, τὰ κατακείμενα ὑρκανοῦ ὀστᾶ; ἐκ τούτου γέλασε ὅτι καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ τὴν οὐσίαν ἅπασαν κατέδυσε, ὡς ἔοικε τοῦτο τῷ σαρκῶν ἐγύμνωσε,

A qui omnem ipsius pecuniam tractabat Alexandriæ, talentorum circiter tria millia. Iosephus enim pecunias in Syria collectas solebat eò mittere, & quoties præstiturum tempus veniret tributa regi adnumerandi, Arionem hoc iubebat facere. Ad hunc igitur acceptis à patre literis, Alexandriam proficiscitur: móxque fratres ad omnes regios amicos scripserunt, vt eum aliquo modo perderent.

B Vt verò exacto itinere Arioni epistolam reddidit, rogatus quótnam talenta vellet accipere: putabat enim decem petiturum aut non multo amplius: vt respondit mille sibi opus esse, iratus procurator obiurgauit eum acriter, quòd vellet ea per luxum perdere: monebátque vt sequeretur exemplum patris, qui eam pecuniam laboribus & temperantia parauerat. Se enim non plus quàm decem præbiturum, & ea non in alium vsum quàm vt mercaretur regi munera. Ibi puer iratus Arionem

C coniecit in vincula. Procuratoris autem vxore reginæ hoc renunciante, & rogante vt puerum compesceret: gratiosus enim apud Cleopatram Arion fuerat: ex regina hoc rex didicit. ac mox per quendam missum ad Hyrcanum mirari se nunciat, cur ad se à patre missus, non modò in conspectum non venerit, sed procuratorem etiam patris sui vinxerit. iubebátque vt veniret, ac causam eius facti diceret.

D Ille contrà regi nunciari iubet, legem esse Iudæis ne quis gustaret de sacrificio, priusquàm adito templo mactasset victimas: eáque ratione nec ipsum hactenus regem salutasse, expectantem dona quæ offerret regi de parente suo bene merito. Seruum autem iure se punisse, qui mandata eius contemneret. Nihil enim differre inter maiorem & minorem dominum. Nisi enim tales dent pœnas meritas, expectandum

E mox ipsi regi vt contemnatur à subditis. His auditis rex risit, miratus tam magnum in puero animum. Arion autem postquam hoc cognouit, nihil sperans à rege præsidij, datis adolescenti mille talentis liberauit se à vinculis. Elapsis deinde tribus diebus, salutaturus reges accessit: à quibus libenti animo exceptus, & mensæ communi est adhibitus, in parentis sui gratiam. móxque clàm aditis negotiatoribus,

F emit ab eis centum pueros formosissimos, & literarum peritissimos, talento singulos, & totidem puellas eodem pretio. tum vocatus ad conuiuium regium cum principibus, infimo loco iussus est accumbere, propter ætatem posthabitus ab his quorum hoc erat officium. reliquis autem conuiuis ossa partium absumpta carne ante Hyrcanum congerentibus, Tryphon quidam quo plurimum in conuiuiis rex delectabatur, propter scommata & facetias

G hominis, rogatus à conuiuis ad regem se vertit, & Vidén, inquit, domine, quantum ossium ante Hyrcanum iaceat. Hinc igitur collige quòd & pater eius totam Syriam ita spoliat, quemadmodum hic ossa nudauit carnibus,

Rege verò ad hoc dictum arridente, & rogante Hyrcanum, vnde illa ossium congeries: Nihil mirum, inquit, domine. canum enim est ossa vnà cum carnibus absumere, sicut isti faciunt: vultu commonstrans reliquos, ante quos nihil erat ossium. Homines autem comesis carnibus solent abiicere ossa, quod & ego homo cùm sim, nunc facio. Ibi rex miratus vrbanitatem, iussit omnes conuiuas huic dicto plaudere. Sequenti verò die aditis regis amicis & aulicis potentioribus, ipsos quidem salutauit: ex famulis autem eorum expiscatus est, quidnam oblaturi essent regi in festo natalitio. Illis referentibus hunc daturum talenta duodecim, alium rursum aliud pro suis quemque opibus: simulauit se dolere, quòd non haberet vnde tantundem largiri valeat, nec vltra talenta quinque numero. idque mox famuli renunciauêre dominis. Illis autem gaudentibus, quasi offensurus esset regem Iosephus propter exilitatem muneris, vbi dies statutus aduenit, alij quidem & hi munificentissimi obtulerunt talenta non plus quàm viginti. Hyrcanus autem emptos à se centum pueros, totidémque puellas adduxit, iussos singulos talentum offerre, hos quidem regi, has verò Cleopatræ. Omnibus verò admirantibus tam profusam & insperatam munificentiam, atque ipsis etiam regibus, amicos quoque regis & ministros multorum talentorum donis honorauit, ne quid sibi ab illis nasceretur periculi: ad hos enim fratres scripserant, vt quocunque modo Hyrcanum tollerent. Rex autem delectatus iuuenis munificentia, iussit eum donum quodcunque vellet petere. At ille nihil aliud petiit, quàm vt se rex patri ac fratribus commendaret per literas. Itaque honorificentissimè tractatum, & donatum regiè, scriptis quoque ad patrem, & fratrem, & omnes suos duces atque procuratores commendaticiis literis, dimisit liberaliter. Fratres autem cùm cognouissent tantum honoris ei habitum à regibus, & honoratiorem multo reuerti quàm fuerit antea, decreuerunt obuiam proficisci, & de medio illum tollere, ne patre quidem inscio. Iratus enim ob profusam in munera tam immensam pecuniam, non erat de salute eius solicitus. eam tamen iram metu regis dissimulare coactus est. Sed fratribus adortis eum in itinere, fortiter congressus, & alios non paucos ex eorum comitatu occidit, & duos quoque fratres inter cæteros: reliqui verò fuga euaserunt ad patrem Hierosolyma. Veniens autem ad vrbem cùm exciperetur à nemine, territus secessit trans Iordanem fluuium, & illic vitam egit tributa colligens à barbaris: quo tempore in Asia regnum obtinebat Seleucus cognomine Soter, magni Antiochi filius. Obiit deinde Hyrcani pater Iosephus, vir bonus & magnanimus, qui Iudæis pauperibus tum & inopibus splendidioris vitæ occasionem præbuit,

A γελάσαντος δὲ τοῦ βασιλέως πρὸς τὸν τοῦ ξύφους λόγον τὸ βασιλέως, καὶ ἐρομένου τὸν Ὑρκανὸν ὅπη τοσαῦτα ἄνδρα κεῖται ὀστᾶ, εἰκότως εἶπεν ὦ δέσποτα. τοὺς μὲν γὰρ κυνὰς τὰ ὀστᾶ σὺν τοῖς κρέασι καταδίειν ὥσπερ οὗτοι, πρὸς τοὺς καταχειμένους ὀφθαλίπτειν, ὅπ μηδὲν ἔμπροσθεν αὐτῶν ἔκειτο. οἱ δ' ἄνθρωποι, τὰ κρέας ἐσθίουσι, τὰ δὲ ὀστᾶ ῥίπτουσιν. ὅπερ ἄνθρωπος ὢν κἀγὼ νῦν πεποίηκα. ὁ δὲ βασιλεὺς θαυμάσας τοῦ B ὀπόκειτον αὐτοῦ σοφοῦ οὔτως ἡδυφωνίαν, πάντας ἐπαίλαυσεν ἀνακροτῆσαι, τῆς δωτεαπιλίας ὑποδεχομένους αὐτόν. τῇ δ' ὑπούσῃ πρὸς ἕκαστον τῶν τοῦ βασιλέως φίλων προθύμως, καὶ τῷ μὲν κατὰ τοῦ αὐλὴν δυνατῷ, τοὺς μὲν ἀπαίζετο, τῷ δὲ ὃ τῷ οἰκετῷ ἀπεπυνθάνετο, τὶ μέλλουσι δώσειν τῷ βασιλεῖ δῶρον ἐν τῇ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ ἡμέρᾳ. τῷ δὲ τοὺς μὲν, ἀπὸ δώδεκα τάλαντα δώσειν φησάντων, τοὺς δ' ἐν ἀξίᾳ κῆ τὸ μέγεθος τῆς οὐσίας ἕκαστον αὐτῶν, ὑπεκρίνετο λυπεῖσθαι διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τοιούτῳ C προσενεγκεῖν δῶρῳ. πλέον γὰρ πέντε ταλάντων οὐκ ἔχειν. οἱ δὲ θεράποντες ταῦτ' ἀκούοντες ἀπήγγελλον τοῖς δεσπόταις. χαιρόντων δ' αὐτῷ, ὡς καταγελασθησομένου τοῦ ἰωσήπου, καὶ προσκερύσσοντος τῷ βασιλεῖ διὰ τὴν βραχύτητα τῆς δωρεᾶς, ἐστάσης τῆς ἡμέρας, οἱ μὲν ἄλλοι προσέφερον τῷ βασιλεῖ ταλάντων οἱ λίαν μεγαλοδωρεῖσθαι νομίζοντες, οὐ D πλεῖον εἴκοσι. ὁ δὲ Ὑρκανὸς οὐς ὠνήσατο παῖδας ἑκατὸν, καὶ παρθένους τοσαύτας, ἀνὰ τάλαντον ἑκάστῳ φέρειν δοὺς προσήγαγε, τοὺς μὲν τῷ βασιλεῖ, ταῖς δὲ τῇ κλεοπάτρᾳ. πάντων δὲ θαυμασάντων τὴν παρ' ἐλπίδα τοῦ δώρου πολυτέλειαν, καὶ τὸν βασιλέα αὐτὸν, καὶ τοῖς φίλοις ἔτι καὶ τοῖς περὶ τὸν θεραπείαν τοῦ βασιλέως οὖσι, πολλῶν ἄξια τάλαντον δῶρα ἐδωκεν, ὡς ἀσφαλεῖν τὸν ἐξ αὐτοῦ κίνδυνον. E τούτοις δὲ ἐπαγγείλαντο αὐτῷ οἱ ἀδελφοὶ διαχρήσασθαι τὸν Ὑρκανόν. πολεμοῦντος δὲ τὸν μεγαλοψυχίαν ἀπατασάμενος τοῦ μειρακίου, προσέταττεν αὐτῷ δωρεὰ λαβεῖν ἣν βούλεται λαμβάνειν. ὃ δὲ οὐδὲν πλέον ἠξίωσεν αὐτὸν γενέσθαι παρ' αὐτοῦ, ἢ γράψαι τῷ πατρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς περὶ αὐτοῦ. τιμήσας οὖν αὐτὸν φιλοτιμότατα, καὶ δωρεαῖς δοὺς λαμπραῖς, καὶ τῷ τε πατρὶ γράψας καὶ τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ πᾶσι τοῖς ἡγεμόσιν F αὐτοῦ καὶ ἐπιτρόποις, ἐξέπεμψεν. ἀκούσαντες δὲ οἱ ἀδελφοὶ τούτων τυγχάνοντα τὸν Ὑρκανὸν παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ μᾶ μεγάλης ἐπανερχόμενον τιμῆς, ἐξῆλθον ὑπαντησόμενοι, καὶ διαφθεροῦντες αὐτὸν, καὶ τὸ πατρῷς εἰδότος. ὀργιζόμενος γὰρ αὐτῷ ἔσεσθαι τῷ εἰς τὰς δωρεὰς χρημάτων, οὐκ ἐφείπετο τῆς στρατείας αὐτῷ. τὸν ὀργὴν μὲν τοι τὸν πρὸς τὸν υἱὸν ὁ ἰώσηπος ἀπεκρύπτετο, φοβούμενος τὸν βασιλέα. συμβαλόντων δὲ αὐτῷ τῷ ἀδελφῶν εἰς μάχην, ἄλλους τε τῷ σὺν αὐτοῖς πολλοὺς ἀπέκτεινε, καὶ δύο τῷ ἀδελφῶν, G οἱ δὲ λοιποὶ διεσώθησαν εἰς ἱεροσόλυμα πρὸς τὸν πατέρα. θεραπευόμενον δ' αὐτὸν εἰς τὸν πόλιν, ἐπὶ μηδενὶ ἐδύνατο, δείσας αἰνεχώρησε εἰς τὸν πέραν τοῦ ἰορδάνου ποταμοῦ, κἀκεῖ διέτριβε φορολογῶν τοὺς βαρβάρους. ἐβασίλευσε δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τῆς ἀσίας, σέλευκος ὁ σωτὴρ ἐπικαλούμενος, υἱὸς ὢν ἀντιόχου τοῦ μεγάλου. τελευτᾷ δὲ καὶ ὁ τοῦ Ὑρκανοῦ πατὴρ ἰώσηπος, ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος καὶ μεγαλόφρων, καὶ τὸν τῷ ἰουδαίων λαὸν ἐκ πτωχείας καὶ πραγμάτων ἀθυμίαν, εἰς λαμπρότητος ἀφορμὰς τοῦ βίου καταστήσας,

εἶπεν

εἴκοσι ἔτη καὶ δύο τὰ τῆς συρίας τέλη καὶ φοινίκης καὶ σαμαρείας καταχών. ἀπέθανε δὲ καὶ ὁ θεῖος αὐτοῦ ὀνίας, τὴν ἀρχιερωσύνην σίμωνι τῷ παιδὶ καταλιπών. τελευτήσαντος δὲ καὶ τούτου, ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὀνίας τῆς τιμῆς αὐτοῦ ὀνίας γίνεται, πρὸς ὃν ὁ λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἄρειος, πρεσβείαν τε ἔπεμπε καὶ ἐπιστολάς, ὧν τὸ ἀντίγραφον ἔστι τοιοῦτον.

A per duos & viginti annos præpositus exigendis Syriæ ac Phœnices & Samariæ vectigalibus: & eodem ferè tempore patruus quoque eius Onias, relicto successore honoris Simone filio. Deinde vita perfuncto Onia filius V. successit, ad quem Lacedæmoniorum rex Arius legationem misit cum literis, quarum hoc exemplar extat.

Κεφάλαιον ε'.

Φιλία καὶ συμμαχία λακεδαιμονίων πρὸς ὀνίαν τὸν ἀρχιερέα τῶν ἰουδαίων.

Cap. V.

Amicitia & societas Lacedæmoniorum cum Onia Iudæorum pontifice.

B

ΒΑσιλεὺς λακεδαιμονίων ἄρειος, ὀνίᾳ χαίρειν. ἐντυχόντες γεγραφῇ τινὶ, εὕρομεν ὡς ἐξ ἑνὸς εἴημεν ἡμεῖς τε ἰουδαῖοι καὶ λακεδαιμόνιοι, ἐκ τῆς πρὸς ἀβραὰμ οἰκειότητος. δίκαιον οὖν ἐξὶν ἀδελφοὺς ὑμᾶς ὄντας, δι' ἀπεστείλασθαι πρὸς ἡμᾶς περὶ ὧν ἂν βούλησθε. ποιησόμεθα δὲ καὶ ἡμεῖς τὸ αὐτὸ, καὶ τὰ ὑμέτερα ἴδια νομιοῦμεν, καὶ τὰ αὐτῶν κοινὰ πρὸς ὑμᾶς ἔξομεν. δημοτέλης ὁ φέρων τὰ γεγραμμένα, δι' ἀπέμπει τὰς ἐπιστολάς. τὰ γεγραμμένα ἐξὶ τετράγωνα. ἡ σφραγὶς ἐξὶν ἀετὸς δρέκοντος ἐπειλημμένος. ἡ μὲν οὖν ἐπιστολὴ ἡ περιθεῖσα οὕτως τῶν λακεδαιμονίων βασιλέως, τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον. τελευτήσαντος δὲ ἰωσήπου τὸν λαὸν συνέβη σφίσιν ὀχλεῖν καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ. τῶν γὰρ ἀρισβυτέρων πόλεμον ἐξενεγκαμένων πρὸς ὑρκανὸν, ὃς ἦν νεώτατος τῶν ἰωσήπου τέκνων, διέστη τὸ πλῆθος. καὶ οἱ μὲν πλείους τοῖς ἀρισβυτέροις συνεμάχοντο, καὶ ὁ ἀρχιερεὺς σίμων ὀχλεῖ τὴν συγγένειαν. ὁ δὲ ὑρκανὸς ἐπανελθεῖν μὲν οὐκ ἔτι διέγνω εἰς ἱεροσόλυμα. περιοδεύσας δὲ τοὺς πέραν τοῦ ἰορδάνου, συνεχῶς ἐπολέμει τοῖς ἀραψὶ, οὓς πολλοὺς αὐτῶν καὶ δορικτήσατο, καὶ λαβεῖν αἰχμαλώτους. οἰκοδόμησε δὲ βάσει ἰσχυρὰν, ἐκ λίθου λευκοῦ κατασκευάσας ἅπασαν μίσγει καὶ τῆς σκηνῆς, ἐγγλύφας ζῷα παμμεγεθέστατα. περίπατον δὲ αὐτῇ εὗρον μέγαν καὶ βαθύν. ἐκ δὲ τῆς κατ' αὐτὴν τοῦ ὄρους πέτρας ὤρυξεν οἴκους ἐν αὐτῇ, τοὺς μὲν εἰς συμπόσια, τοὺς δὲ εἰς ὕπνον καὶ διαίτας ἐποίησεν. ὑδάτων δὲ θρόνων πλῆθος, ἃ καὶ κόσμος ἦν καὶ κόσμος τῆς αὐλῆς, εἰσήγαγε. τὰ μὲν οὖν σώματα τῶν ἀσπλείων, ὥστε ἕνα δι' αὐτῶν εἰσκύσαι καὶ μὴ πλείους, βραχύτερα ἐποίησε. καὶ ταῦτ' ὀλίγης ἀσφαλείας ἕνεκα τοῦ μὴ πολυορκηθεὶς ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν κινδυνεύσαι λιμῷ, κατεσκέλασε. περιωνόμασε δὲ καὶ αὐλὰς τῷ μεγέθει διαφερούσας, αἷς καὶ ὀνομαστοὺς ἐκόσμησε παραδείσους. καὶ τοιοῦτον ἀπεργασάμενος τὸν τόπον, τύρον ὠνόμασεν. οὗτος ὁ τόπος ὃς μεταξὺ τῆς τε ἀραβίας καὶ τῆς ἰουδαίας πέραν τοῦ ἰορδάνου, οὐ πόρρω τῆς ἐστεφανίτιδος. ἦρξε δ' ἐκείνων τῷ μεσῶν ὀλίγῳ ἔτη ζ'. πάντα τὸν χρόνον οὗ σέλευκος τῆς συρίας ἐβασίλευσεν. ἀποθανόντος γὰρ τούτου, μετ' αὐτὸν ὁ ἀδελφὸς αὐτίοχος ὁ κληθεὶς ἐπιφανὴς, τὴν βασιλείαν κατέσχε. τελευτᾷ δὲ καὶ πτολεμαῖος ὁ τῆς αἰγύπτου βασιλεὺς, καὶ αὐτὸς καλούμενος ἐπιφανὴς, καταλιπὼν δύο παῖδας, ἔτι βραχεῖς τὴν ἡλικίαν.

C

D

E

F

G

Rex Lacedæmoniorum Arius Oniæ salutem. Incidimus in quandam scripturam antiquam, in qua inuenimus cognationem intercessisse inter nostras origines, & nostrum quoque genus non esse alienum à posteris Abrahæ. Æquum igitur est, vt quum fratres nostri sitis, petatis à nobis quæcunque libuerit. Idem nos quoque faciemus, & res vestras tanquam nostras existimabimus, nostras item vobiscum communes habituri. Demotheles est qui has vobis reddidit literas; in pagina quadrangula scriptas, & obsignatas aquilæ sigillo, draconem tenentis vnguibus. Et epistola quidem hæc continebat. Iosepho autem mortuo, populus seditionibus agitatus est propter eius filios, dum maiores fratres Hyrcano bellum inferunt natu minimo. plerique enim fauebant senioribus, & in his Simon pontifex propter cognationem. Hyrcanus autem Hierosolyma quidem noluit repetere. sed vltra Iordanem habitans assiduum bellum gerebat cum Arabibus, multos eorum interficiens, alios in captiuitatem abstrahens. Ædificauit etiam castrum munitissimum, è marmore candido extructis vsque tectum eius parietibus, habentibus insculptas diuersorum animalium effigies enormi magnitudine: idque ædificium fossa profunda, & aquis plena circumdedit, & oppositi montis prominentem petram perforans, speluncas in ea fecit multorum stadiorum longitudine. aulas etiam in eo castro fecit aptas conuiuiis, diætásque alias & cubicula: salientium etiam aquarum eò tantam induxit copiam, vt loco voluptatem simul & ornamentum adderent. Speluncarum verò ora non amplius aperuit quàm vt vnum caperent: idque de industria factum est securitatis ac tutelæ gratia, si quando fortè oppugnaretur à fratribus. Ædificauit etiam atria magnæ amplitudinis, cáque hortis spatiosis ornauit, & locum hoc pacto instructum & absolutum vocauit Tyrum, qui est in finibus Arabiæ & Iudææ trans Iordanem sitæ, non procul regione Essebonitide. præfuitque illi tractui per septennium, toto tempore quo Seleucus regnauit in Syria: post cuius obitum Antiochus eius frater in regnum successit, qui cognominatus est Epiphanes. Moritur etiam Ptolemæus & ipse eodem cognomento Epiphanes dictus, superstitibus duobus filiis impubcribus:

quorum grandiori Philometor cognomen inditum, minori verò Physcon. Hyrcanus autem videns præpotentem Antiochum, & veritus ne in potestatem eius redactus pœnas daret eorum quæ contra Arabas ausus fuerat, ipse sibi manus intulit: possessionem verò eius vniuersam occupauit Antiochus.

CAP. VI.

Iudæi seditionibus agitati Antiochi opem inuocant.

VI. 1. Mach. 1. IS defuncto per idem tempus Onia pontificce, fratri eius Iesu id sacerdotium contulit, quòd filius superstes etiam tum esset paruulus, de quo suo loco dicetur. Hic Iesus priuatus est eo sacerdotio per regis indignationem, móxque in Oniam fratrum minimum pontificatus translatus est. Simoni enim hi tres fuerunt filij, ad quos omnes pontificatus peruenit, vt indicauimus. Cæterùm Iesus Iasonem se vocari maluit, sicut alter frater pro Onia Menelaus dictus est. Concitata autem per fratrem contra nouum pontificem Menelaum seditione, & populo in partes scisso, Tobiæ filij steterunt à Menelai partibus: maior autem populi pars factionem Iasonis sequebatur. quorum vim non sustinentes Menelaus & Tobiæ filij secesserunt ad Antiochum, dicentes se velle relictis patriis institutis ac legibus, religionem regis & Græcanicos ritus assumere: rogauerúntque eum vt sibi permitteret gymnasium Hierosolymis extruere. quo impetrato, adduxerunt sibi præputia, vt nudi quoque non essent Græcis dissimiles: & contemptis omnibus patriis ritibus imitabantur mores exterarum gentium. Antiochus autem domi vsus fortuna prospera, expeditionem Ægyptiam tentare statuit, captus eius regionis cupidine, & contempta Ptolemæi filiorum ætate, rebus administrandis nondum idonea. Profectus igitur cum magno exercitu Pelusium, astu circumuento Philometore Ægyptum occupat, & redacta priùs in potestatem Memphi, locísque circumuicinis, ad Alexandriam duxit, & vrbem & regem subiugaturus. Sed omnes eius conatus vnica Romanorum denunciatione repressi sunt, ita vt iam occupata relinqueret, sicut & aliàs diximus. Nunc prolixiùs narrabimus de hoc rege quomodo Iudæam ac templum occupauerit, quod in prioribus commentariis breuiter tantùm perstrinximus, vt necesse sit idem altiùs repetere.

ὧν ὁ μὲν πρεσβύτερος φιλομήτωρ ἐκαλεῖτο, φύσεων δὲ ὁ νεώτερος. ὑρκανὸς δὲ ὁρῶν μεγάλην δυνάμιν ἔχοντα τὸν Ἀντίοχον, καὶ δείσας μὴ καὶ συλληφθεὶς ὑπ' αὐτοῦ κολασθῇ διὰ τὰ πρὸς τοὺς Ἄραβας αὐτῷ πεπραγμένα, τελευτᾷ τὸν βίον αὐτὸς χειρὶ αὐτοῦ νόμῳ. τὴν δ' οὐσίαν αὐτοῦ πᾶσαν Ἀντίοχος λαμβάνει.

Κεφάλαιον ς'.

Στάσις τῷ δήμῳ Ἰουδαίων πρὸς ἀλλήλους, καὶ ὡς ἐπεκαλέσαντο Ἀντίοχον.

XXI. DEinde Antiochus cognomine Dionysus, frater ipsius, Damascum principatum ambiens peruenit, & ibi rerum potitus rex factus est, qui cùm exercitum duxisset contra Arabas, Philippus eius frater hoc audito Damascum aduolat: & cùm opera Milesij arcis præfecti, vrbe Damascenorum potitus esset, per ingratitudinem non remunerauit eum, quòd vellet videri terrore vrbem, non proditione cepisse. quapropter suspectus ei redditus, rursum Damascum amisit, progressum enim in circum animi gratia Milesius exclusit, & vrbem seruauit Antiocho. at ille auditis de Philippo rumoribus, confestim rediit ex Arabia: móxque duxit in Iudæam exercitum octo millium peditum, & equitum octingentorum. Cuius inuasionem Alexander metuens, fossam profundam duxit à Caparsabe, quæ nunc Antipatris dicitur, vsque ad Ioppense mare, qua solum patebat accessus: excitatóque muro, & per interualla castellis ligneis per CL. stadia, præstolabatur Antiochum. at ille omnibus his incensis traduxit hac exercitum in Arabiam. & cùm Arabs primùm cessisset, deinde cum X. equitum millibus apparuisset, occurrēs ei Antiochus, præliatus est acriter, iámque de victoria certus occisus est, dum alterū suorum cornu laborans vult in integrum restituere. post eius casum exercitus refugit in vicum Cana, vbi maxima eius pars fame absumpta est. Post hunc Cœlesyriæ regnum Aretas adipiscitur, vocatus ad imperium à Damascenis propter odium, quo persequebantur Ptolemæum Mennæum. Is quoque in Iudæam profectus cum exercitu, deuicto Alexandro apud Adida, certis conditionibus reduxit suos vnde venerat. Alexander verò ad Dion oppidum admoto milite, eóque vi capto, ad Essam inde duxit, vbi erant Zenonis res pretiosissimæ: & primum triplici muro eum locum circumdedit, dein expugnato oppido ad Caulanam duxit & Seleuciam: & subactis his quoque, redegit in suā potestatem vallem quæ Antiochi dicitur, & castellum Gamala. Obiectisque multis criminibus Demetrio locorum eorum domino principatu suo illum exuit, & tertio demum huius expeditionis anno domum reduxit exercitum, magna alacritate Iudæis eum ob res prosperè gestas excipientibus. Per hæc tempora iam & Syrorum & Idumæorum & Phœnicum vrbes tenebant Iudæi, ad mare Stratonis turrim, Appoloniam, Ioppen, Iamniam, Azotū, Gazam, Anthedona, Raphiam, Rhinocuram, in mediterraneis per Idumæā regionem Adora & Marissam, totámq; Samariam & montes Carmelum ac Itabyrium. ad hæc Scythopolim, Gadara, Gaulanitidem, Seleuciam, Gabala, & Moabiticas vrbes, Esebonem, Medabam, Lempam, Oronas, Telithonē, Zaram, Auloné Ciliciū, Pellam, hanc vltimā diruerunt, quod incolæ recusarent Iudaicos ritus recipere possidebant & alia Syriæ non obscura opida, quæ imperio suo nouiter adiecerant. Post hæc Ale-

Κεφάλαιον κγ'.

Αντίοχου τοῦ Διονύσου στρατεία ἐπὶ Ἰουδαίαν.

ΕΠειτα Ἀντίοχος ὁ κληθεὶς Διόνυσος, ἀδελφὸς ὢν Φιλίππου, τῆς ἀρχῆς ἀντιποιούμενος εἰς Δαμασκὸν ἀφικνεῖται, καὶ τὴν ἐκεῖ στασιάζουσαν ἐπικρατὴς ἡμόμενος ἐβασίλευσεν. ἐπιστρατεύσαντος δ' αὐτῷ ἐπὶ τοὺς Ἄραβας, Φίλιππος ὁ ἀδελφὸς ταῦτα ἀκούσας, ἐπὶ Δαμασκὸν ἦλθε. Μιλήσιος δ' ὁ τὰ κατὰ λέλειπτο τῆς ἄκρας φύλαξ, τὴν τοῦ Δαμασκηνῶν ἀφιδότος αὐτῷ τὴν πόλιν, ἀπήλασεν εἰς αὖτὸν ἡμόμενος, καὶ μηδὲν ὧν ἐλπίσας ἐδέξατο αὐτὸν ἀφόβως, ἀλλὰ τῷ παρ' αὐτοῦ φόβῳ βουληθεὶς δοκεῖν ἀφαλαβεῖν τὴν πόλιν ἢ τῇ χάριτι τῇ Μιλησίου, διωρύμενος αὐτὸν οἷς ἐχρῆν ὑπεπίθετο, καὶ πάλιν ἐκπίπτει τῶν Δαμασκοῦ. ἐξορμήσαντα δὲ αὐτὸν εἰς ἱππόδρομον, ἀπέκλεισεν ὁ Μιλήσιος, καὶ τὴν Δαμασκὸν αὐτῷ ἐφύλαξεν. ὁ δ' ἀκούσας τὰ περὶ τὸν Φίλιππον ὑπέστρεψεν ἐκ τῆς Ἀραβίας. στρατεύεται δ' αὖθις, ἐλθὼν ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν ὁπλίταις μὲν ὀκτακισχιλίοις, ἱππεῦσι δὲ ὡ. Διώσας δὲ Ἀλέξανδρος τὸν ἔφοβον αὐτῷ, τάφρον ὀρύττει βαθεῖαν, ἀπὸ τῆς Καισαρείας Καπαρζαβᾶ καταρξάμενος, ἣ νῦν Ἀντιπατρὶς καλεῖται, ἄχρι τῆς εἰς Ἰόππην θαλάσσης, ἣ καὶ μόνον ἦν ἀτείχιστον. τεῖχος τε ἐγείρας καὶ πύργους ἀναστήσας ξυλίνους, καὶ μεσοπύργια, ἐπὶ σταδίοις ρ', τὸν Ἀντίοχον ἐξεδέχετο. ὁ δ' ταῦτα πάντα ἐμπρήσας, ἐλεηλάτει ταύτην τὴν Δυνάμιν ἐπὶ τὴν Ἀραβίαν. ἀναχωρούντων δὲ τῶν Ἀράβων τὰ πρόσω, ἕπεται μὴ μείων ἱππέων ἑξακισχιλίων ἐπιφανέντας ὑπαντήσας τοῖς Ἀντίοχος, καρτερῶς ἐμάχετο. καὶ δὴ νικῶν ἀπέθανε φεύγοντῶν τῷ πονοῦντι μέρει. πεσόντος δὲ Ἀντίοχου, καὶ τὸ στράτευμα φεύγει εἰς καινὰ κώμιον, ἔνθα τὸ πλεῖστον αὐτῶν λιμῷ φθείρεται. βασιλεύει δὲ μετὰ τοῦτον τῆς κοίλης συρίας Ἀρέτας, κληθεὶς εἰς τὴν ἀρχὴν ὑπὸ τῶν τὴν Δαμασκὸν ἐχόντων, διὰ τὸ πρὸς Πτολεμαῖον τὸν μέναιου μῖσος. στρατεύσας δ' ἐπὶ σφᾶς ὁ Ἀλέξανδρος ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν, καὶ περὶ Ἄδιδα χωρίον μάχῃ νικήσας Ἀλέξανδρον ἐπὶ σωθῆναι ἀνεχώρησεν εἰς τὴς Ἰουδαίας. Ἀλέξανδρος δὲ ἐλάσας ὧδις ἐπὶ Δίαν πόλιν, αἴρει ταύτην. καὶ στρατεύεται ἐπὶ Ἔσσαν, οὗ τὰ πλείστου ἄξια ζιώνι συνέβαινεν εἶναι. καὶ ξυσὶ μὲν περιβάλλει τείχεσι τὸ χωρίον. μάχῃ δὲ λαβὼν τὴν πόλιν, ἐπὶ Γαύλανα καὶ Σελεύκειαν ἐξώρμησε. προσλαβὼν δὲ καὶ ταύτας, προσεξεῖλε τὴν τοῦ Ἀντίοχου λεγομένου Φάσηλα καὶ Γάμαλα τὸ περιούσιον. ἐγκαλεῖν ἦ δημηγόρῳ πολλὰ τοῦ τῶν ἄρχοντι, προσείδοσαν αὐτὸν, καὶ ξύλον ἤδη πεπληρωκὼς ἔτος τῆς στρατείας εἰς τὴν οἰκείαν ὑπέστρεψε, προθύμως αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων δέχεται τὴν δυσεβείαν ἐκφυγόντων. κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἤδη τῶν σύρων καὶ Ἰδουμαίων καὶ Φοινίκων, πόλεις εἶχον Ἰουδαῖοι. προς θαλάσσῃ μὲν στράτωνος πύργον, ἀπολλωνίαν, Ἰόππην, Ἰάμνειαν, Ἄζωτον, Γάζαν, Ἀνθηδόνα, Ῥαφίαν, Ῥινοκούραν. ἐν δὲ τῇ μεσογείᾳ τὴν Ἰδουμαίαν, Ἄδωρα, Μάρισαν, καὶ Σαμάρειαν. καρμήλιον ὄρος, καὶ τὸ Ἰταβύριον ὄρος, σκυθόπολιν, Γάδαρα, Γαυλανῖτιδα, Σελεύκειαν, Γάβαλα, Μωαβίτας ἑπτὰ ἐθνῶν, Μήδαβα, Λεμβᾶ, Ὀρώνας, Τελίθωνα, Ζαρᾶ, Χιλίκιον αὐλῶνα, Πέλ-

λαν. ταύτην δὲ κατέσκαψαν, οὐχ ὑποχωρούντων τῆς ἐνοικούντων εἰς τὰ πάτρια τῆς Ἰουδαίων. ἔθη μεταβαλέσθαι. ἄλλας τε πόλεις προστιθέντας τῆς συρίας, αἳ ἦσαν κατεστραμμέναι. μετὰ δὲ ταῦτα Ἀλέξανδρος

ξανδρος ὁ βασιλεὺς, ἐκ μέθης εἰς νόσον καταπεσών, καὶ τελευτᾷ ἔτεσι τεταρταίῳ πυρετῷ συνεχεῖς, οὐκ ἀπέσχηται τῆς στρατείας ἕως ἔτι τοῖς πόνοις ἐξαναλωθείς, ἀπέθανεν ἐν τοῖς γερασηνῶν ὅροις, πολιορκῶν ῥαγαβᾶ φρούριον πέραν τῆς ἰορδάνου. ὁρῶσα δὲ αὐτὸν ἡ βασίλισσα πρὸς τὸ τελευτᾶν ὄντα, καὶ μηδεμίαν ὑποτρέφοντα μηκέτι σωτηρίας ἐλπίδα, κλαίουσα καὶ κοπτομένη, τῆς μελλούσης ἐρημίας αὐτὴν τε καὶ τοὺς παῖδας ὀδύρετο, καὶ τίνι καταλείπεις οὕτως ἐμέ τε καὶ τὰ τέκνα παρ' ἀλλήλων βοηθείας δίχα μόνα πρὸς αὐτὸν ἔλεγε, καὶ ταῦτ' εἰδὼς πῶς διάκειται πρὸς σὲ δυσμενῶς τὸ ἔθνος. ὁ δὲ συνεβούλευεν αὐτῇ, πείθεσθαι μὲν οἷς ὑποθήσεται, πρὸς τὸ τῶν βασιλείαν ἀσφαλῶς κατέχειν μετὰ τῶν τέκνων. κρύψαι δὲ τὸν θάνατον αὐτοῦ πρὸς τοὺς στρατιώτας, ἕως αὐ ἐξέλθῃ τὸ χωρίον. ἔπειτα ὡς αὐ νικήσῃ λαμπρῶς εἰς τὰ ἱεροσόλυμα ὑποδεξομένη, τοῖς φαρισαίοις ἐξουσίαν τινὰ χαρίσεσθαι. τούτοις γὰρ ἐπαγωγοῖς αὐτῇ αὐτὴ τῆς πομπῆς, δύνασθαι κατασκῆψαι αὐτῇ τὸ ἔθνος. δύνασθαι δὲ πολὺ μᾶλλον τοῖς ἰουδαίοις τούτοις ἔφασκε, βλάψαι τε μισοῦντας, καὶ φίλοις δόξαι χαρίσασθαι. μάλιστα γὰρ πιστεύεσθαι ὑπὸ τοῦ πλήθους ὡς ἂν μὴ φθονοῦντες, εἴ τι χαλεπὸν λέγοιεν, αὐτὸν τὸν προκεῖσθαι τοῦ ἔθνους δόξαντες ἔλεγε, ὑβριζόντας παρ' αὐτοῦ. σὺ τοίνυν εἶπεν ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις γενομένη, μετάπεμψαι μὲν τοὺς προφτεύοντας αὐτῶν. δεῖξόν τε τὸ σῶμα τοῦ μὲν ἐκείνου, ὅπως μοι δόλων μὴ χεῖσθαι μὴ πολλῆς ἀξιοπιστίας δεῖξῃ. εἶτα καθυβρίζειν ἀτασθαλίαις μὲν ἐπιτρέψουσι τὸ νεκρῷ, ὡς πολλὰ πεπονθότες ἐξ ἐμοῦ, εἴτ' ἄλλου τινὰ κατ' ὀργὴν αἰκίαν τῷ σώματι προσφέρειν βουλόσονται. ἐμοῦ δὲν δίχα τὸ ἐκείνων γνώμης ἐν τῇ βασιλείᾳ δόξαι προφέρεσθαι ὑπιχνῆ. ταῦτά σε φρὸς αὐτοὺς εἰποῦσης, ἐγώ τε λαμπροτέρας ἀξιωθήσομαι φρὸς αὐτῶν κηδείας, ἧς αὐ ἔτυχον ἐκ σοῦ, μηδὲν δόξᾳ τὸ ἐξεῖναι ποιεῖν με κακὸν τὸν νεκρὸν δόξαθῆναι θελησάντων. σὺ δ' βεβαίως ἄρξεις. ταῦτα φράσασα τῇ γυναικὶ τελευτᾷ βασιλεύσασα ἔτη ζ καὶ κ', βιώσασα δ' ἐνὸς δέοντος ν'.

Κεφάλαιον κδ'.

Ὡς μετὰ τὸν ἀλεξάνδρου τελευτὴν ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἀλεξάνδρα τὴν βασιλείαν κατέχει.

Ἡ δὲ ἀλεξάνδρα τὸ φρούριον ἐξελοῦσα, καὶ τὰς τοῦ ἀνδρὸς ὑποθήκας, τοῖς τε φαρισαίοις διελέχθη, καὶ πάντα ἐπ' ἐκείνοις ἐθεμένη, τὰ μὲν περὶ τὸ νεκρόν, καὶ τὰ μὲν περὶ τῆς βασιλείας, τῆς μὲν ὀργῆς αὐτοὺς τῆς φρὸς ἀλέξανδρον ἔπαυσεν. δύνοις δ' ἐποίησε καὶ φίλοις. οἱ δ' εἰς τὸ πλῆθος παρελθόντες, ἐδημηγόρουν, τὰς πεμφθείσας τοῦ ἀλεξάνδρου δημοσίᾳ, καὶ ὅτι δίκαιος αὐτοῖς ἀπόλοιτο βασιλεύς, καὶ τὸν δῆμον εἰς πένθος, καὶ τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ κατήφειαν ἐξεκαλέσαντο τοῖς ἐπαίνοις, ὡς τε καὶ λαμπρότερον ἢ τινὰ τῶν βασιλέων, αὐτὸν ἐκήδευσαν. δύο μὲν υἱοὺς ἀλέξανδρος κατέλιπεν, ὑρκανὸν καὶ ἀριστόβουλον, τὴν δὲ βασιλείαν εἰς μὲν ἀλέξανδραν διέθετο. τῶν δὲ παίδων, ὑρκανὸς μὲν ἀθυμίᾳ φρόγματος ἡσυχῆν, καὶ βίον ἡσύχιον μᾶλλον ἠγαπηκώς. ὁ δὲ νεώτερος ἀριστόβουλος, δραστήριός τε μὲν καὶ θαρσαλέος. ἐτέρφετο μὲν οὖν τὸ πλήθους ἡ γυνή, διὰ τὸ δοκεῖν, ἐφ' οἷς ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ἐξήμαρτε, δυσχεραίνειν. ἡ δὲ, ἀρχιερέα μὲν ὑποδείκνυσιν ὑρκανόν, διὰ τὴν ἡλικίαν, πολὺ μέντοι πλέον διὰ τὸ ἄφρασμον αὐτοῦ, καὶ πάντα τοῖς φαρισαίοις ὅπῃ ἔπρα-

xander ex temulentia morbo contracto, triennio integro quartana laborans, nec tamen abstinens à castrensibus officiis, tandem exhaustis viribus fato concessit in Gerasenorum finibus, obsidens Ragaba castellum quod vltra Iordanem situm est. Quem videns regina tam morti vicinum, & nullam salutis spem præferentem, flens & seipsam plangens, suam simul & liberorum desolationem lamentabatur: Cui me, inquit, & hos filios relinquis, alieno indigentes auxilio? præcipuè cùm nō ignores quàm infensus sit tibi totus populus. Tum ille consuluit ei vt suis monitis pareat, si velit securè cum filiis regnum obtinere. primùm vt apud milites celet suam mortem, tantisper dū castellum illud capiat. deinde postquā victrix magnificè Hierosolyma reuersa fuerit. Pharisæis nonnihil licentiæ permittat. hos enim prohabito sibi honore laudaturos eam, & commendaturos apud populum. posse enim plurimum apud Iudæos, siue exosum aliquem cupiant lædere, siue amicum iuuare. Valde enim his fidem habere vulgus, etiamsi per inuidiam de quopiam malè loquantur, nec se ob aliam causam incurrisse totius gentis odium, quàm quia hoc genus offenderit. Ergo, inquit, vbi Hierosolyma perueneris, accersitis eorum primoribus, ostende illis meum corpus, & verbis quàm proximè veritatem simulatis, permitte vt eo vtantur arbitratu suo, siue insepulto & proiecto cadaueri velint illudere propter antiquas iniurias, siue alio quolibet modo in id sęuire: & pollicere nihil te nisi ex illorum sententia gesturam in administrando imperio, his verbis si apud eos vsa fueris, & mihi magnificentior quàm à te sepultura continget, contentis illis permissa potestate, & tu securè dominaberis, post hæc monita vxori data moritur, anno regni sui xxvii. vitæ verò vndequinquagesimo.

Cap. XXIIII.

Alexandro mortuo vxor Alexandra in regnum succedit.

Alexandra verò capto castello iuxta mariti monita Pharisæos allocuta est, & omnia illorum arbitrij faciens, quæ ad cadauer vel ad regnum pertinerent, ex infensis benęuolos eos sibi reddidit: tum illi progressi ad plebem concionabantur, res gestas Alexandri celebrantes, & regem iustum se amisisse conquerentes, populum ad eum luctum ac mœstitiam prouocauerunt, vt nullum antehac regē funerauerint sumptuosiùs. Cæterùm Alexander duos quidem reliquit filios, Hyrcanum & Aristobulum, regni tamen administrationem Alexandræ testamento reliquit. è filiis autem Hyrcanus erat rebus administrandis parum idoneus, & amator otij: minor verò natu Aristobulus audax & industrius. sed mulier gratiosa erat apud populum, eo quòd semper visa sit ægrè tulisse ea, quæ maritus præter officium faceret. illius consilio pontificatus Hyrcano obuenit, non tam ætatis prærogatiua, quàm propter innatam segnitiem: alioqui ex Pharisæorum sententia permissu reginæ gere-

bantur omnia : quibus etiam plebs parere A
iussa est : & si quid constitutionum Hyrcanus
socer abrogauerat quas Pharisæi iuxta maiorũ
traditiones induxerant, id totum sancitum est
denuo. Nomen igitur regni erat penes reginá,
penes Phatisæos verò administratio. nam hi &
exulibus reditum, & vinctis solutionem pro-
curabant. quædam tamen etiam per se proui-
debat mulier & magnum mercede conduc-
torum militum alebat numerum, viréque suas
ita augebat vt terrori esset circumuicinis tyrã- B
nis & obsides ab eis acciperet. Et quod ad reli-
qua attinet, quieta erat eius ditio, soli Pharisæi
turbas excitabant, incitantes reginam vt neca-
ret illos qui Alexandro autores fuerunt sú-
mendi de D C C C. simul vitis supplicij: móxq;
vnum ex his iugulãt Diogenem, deinde alium
post alium donec potentiores conuenientes
in regiam, & cum his Aristobulus præ se ferẽs
non placere sibi quæ fierent, & si occasio da-
retur non permissurus tantam licentiam ma- C
tri, commemorabant ei quantis rebus gestis &
quantis exhaustis periculis fidem suam domi-
no approbauerint, quódque hac de causa ma-
gnis præmiis eos dignatus sit: rogabántque
eam ne omnino in contrarium spes suas ver-
teret. nunc enim qui periculum ab hostibus e-
uasissent, domi ab inimicis mactari more pe-
cudum, nemine opem ferente. aiebántque si
quidem cõtẽti sint iam occisis aduersarij pro- D
pter innatum affectum quo dominos prose-
quantur, patienter se laturos hanc calamitatẽ.
quòd si illi sæuire pergerent, petebant sibi da-
ri discedendi veniam, neque enim nisi ipsius
reginæ permissu quæsituros sibi incolumita-
tem, alioquí laturos vt ibidem in ipsa interfi-
ciantur regia. Sed turpe esse tum sibi, tum re-
ginæ, si illa dissimulante à mariti inimicis ve-
xentur. nihil enim libentius auditurum Are-
tam Araben & reliquos tyrannos, quàm si ip- E
sa se priuaret talibus vitis, quorum illis olim
vel nomen auditum terrori fuerit. quod si ne
hoc quidem velit concedere, & malit indulge-
re Pharisæorum cupiditatibus, saltem per ca-
stella se distribueret. se enim quandoquidem
fortuna ita persequatur Alexandri familiares,
contentos esse in humili statu vitæ reliquum
exigere. Hæc & alia multa cùm dicerent, & ad
misérationem tam cæsorum quàm periclitan-
tium manes Alexandri inuocarent, omnibus
circumstantibus commotæ sunt lacrymæ: sed F
maximè Aristobulus mentem suam declara-
bat, multis verbis matrem corripiens. Verùm
illi sibiipsis causa fuerunt horum malorum,
qui fœminę ambitione imperande præter æ-
quum commiserunt regi habenas, quasi ve-
rò deessent posteri. Tum illa inops melioris
consilij, custodiam castellorum eis credidit, ex-
ceptis Hyrcania, Alexandrio & Machærunte,
in quib. res sibi charissimas recondiderat. Nec G
multo pòst Aristobulum filium cum exercitu
misit versus Damascum, contra Ptolemæum
Mennæum, qui grauis erat vbi vicinus. Sed il-
le nulla re memorabili gesta domũ redit. Per
idẽ tẽpus nũciatũ est, Tigranẽ Armeniorũ regẽ
cũ D. militũ millibus inuasisse Syriã, & brevi
in Iudęam esse venturũ. ea fama nõ immeritò
ἐμβάλλειν εἰς τὴν συρίαν, καὶ ἐπὶ τὴν ἰουδαίαν

ποιεῖν, οἷς κ τὸ πλῆθος ἐκέλευσε, καθαιρεῖν, κ εἴπ ἄ
κ τῶν νομίμων ὑρκανὸς ὁ πενθερὸς αὐτ κατέλυσεν, ὡς
εἰσήγαγον οἱ φαρισαῖοι κ τὴν παρῶσαν δόξαν
σιν, τοῦτο πάλιν ἀποκατέστησε. τὸ μὲ οὖν ὄνομα τ βα-
σιλείας εἶχεν αὐτή, τὴν τε δύναμιν οἱ φαρισαῖοι. καὶ γὰ
φυγάδας οὗτοι κατῆγον, καὶ δεσμώτας ἔλυον, καὶ κα-
θάπαξ οὐδὲν διαφορῆ διέφερεν. ἐποιεῖτο μέντοι καὶ
ἡ γυνὴ τῆς βασιλείας φρόνιμα. καὶ πολὺ μισθοφο-
ρικὸν συνίστησι, κ τὴν ἰδίαν δύναμιν ἀπέδειξε πλείο-
να, ὡς καταπλῆξαι τοὺς πέλας τυράννους, κ λαβεῖν ὅμη-
ρα αὐτῶν. πρόμει ἢ ἡ χώρα πᾶσα παρὲξ τ φαρισαίων.
οὗτοι γὰρ ἐπετάραττον τὴν βασίλισσαν, πείθοντες ὡς
κτείνοιεν τοὺς ἀλεξάνδρῳ σῳζομένους ἀνελεῖν τοὺς
ὡ. εἶτα αὐτοῖ τοῦτον ἕνα σφάττουσι διοχλοῦν, καὶ μετ'
αὐτὸν ἄλλον ἐπ' ἄλλοις, ἕως οἱ δυνατοὶ παρελθόντες
εἰς τὸ βασίλειον, καὶ μετ' αὐτῶν ἀριστόβουλος, ἐώντες
γὰρ τοὺς γνωμίους δυσανασχετῆν, καὶ ὅλως ἰὼ καθά-
παξ εἰ ἀφορμῆς ἠβούλοντο μὴ ὀλιγώρων τῇ μητρὶ, ἀνε-
μίμνησκον ὅσα κατορθώσαντες τοῖς κινδύνοις, δι' ὧν
τὸ σφίσι βέβαιον τῆς πίστεως, φρὸς τὴν διαστολὴν ἐπε-
δείξαντο, ἀνθ' ὧν ὑπ' αὐτῆ μισθῶν ἠζιώθησαν. κ ἐδέ-
οντο μὴ ἄρχειν τ πόντος ἔμπαλιν ἐλπίσι σφίσι τὰς ἐλπί-
δας. ἀποφυγόντας γὰρ τ ἐκ πολεμίων κίνδυνον, ἐν τῇ οἰ-
κίᾳ ὑπὸ ἐχθρῶν δίκην βοσκημάτων κόπτεσθαι μηδεμιᾶς
τιμωρίας ὕσης. ἔλεγόν τε, ὡς εἰ μὲ ἀρκεσθεῖεν τοῖς ἀ-
νηρημένοις οἱ ἀντίδικοι, δῆλα τὸ φρὸς τοὺς διαστόλας γνώ-
σιον μᾶλλον οἴσφ τὰ ξυμβάντα. εἰ δ' ὦ μέλλοιεν ταῦ-
τα μετιέναι, ἤτ τὸ μάλιστα μὲ δοθῆναι σφίσιν ἀπαλ-
λαγήν. ἐ γὰρ ἂν ὑπομεῖναι χρεὼν αὐτῆς ποείσαθαί τ
σωτήριον, ἀλλ' ἀσμενίζειν θνήσκοντες φρὸς τοῖς βα-
σιλείοις ὡς μὴ συγγνῶναι αὐτοῖς. ἄμεινον τε εἶναι σφίσι
καὶ τῇ βασιλίσσῃ εἰ φρὸς αὐτῆς ἀμελουμένοις, ὑπὸ
τῶν ἐχθρῶν τε ἀνδρὸς ἀνᾳρεθῆναι. ἀντὶ παντὸς γὰρ ἂν
τιμήσασθαι ἀρίστην τε τὸν ἄραβα, καὶ τοὺς μοναρχας,
εἰ ἀποξενολογήσαιεν τοσούσδε ἄνδρας, οἷς ἦν τάχα φρο-
κῶδες καὶ ζῆνομα φρὸν ἀκουσθῆναι. εἰ δὲ μή, τόγε
δεύτερον, εἰ τοὺς φαρισαίους αὐτῆ φροτιμᾶν ἔγνωσαν,
καταταξαι ἕκαστον αὐτῶν ἐν τοῖς φρουρείοις. εἰ γὰρ ὧδε
δ' αἱμῶν τὴς ἐνεμίσησεν τῷ ἀλεξάνδρου οἴκῳ, αὐτοὺς γε
μὲν ἂν ἀποδέξαι καὶ ἐν τάπεινῷ σχήματι βιοτεύον-
τας. πολλὰ δὲ λεγόντων αὐτῶν, καὶ εἰς οἶκτον τῆ τε-
θνεώτων, καὶ τῶ κινδυνευόντων τοὺς ἀλεξάνδρῳ δαί-
μονας ὀπικαλουμένων, ἅπαντες οἱ φρουρεῖς ὤρμη-
σαν εἰς δάκρυα. μάλιστα δὲ ἀριστόβουλος ὅπως ἔχοι γνώ-
μιον ἐδήλου, πολλὰ τ μητέρα κακίζων. ἀλλὰ γὰρ ἐκεῖ-
νοι μὲ αἴτιοι σφίσιν αὐτοῖς τῆ συμφορῶν ἐγένοντο, κ
φιλαρχίαν ἐκλελυσηκυῖα γυναικὶ ὧδε τὸ εἰκὸς βα-
σιλεύειν γένεας ἕνεκα μὴ οὔσης ὅπῃ ἐφάνης. ἢ δὲ, οὐκ
ἔχουσα ὅτι φρόξει μᾶ τῶ δυφρεπεῖς, τὴν φυλακὴν
τῆ χωρίων σφίσιν ὅπῃσευσεν, ὅτι μὴ ὑρκανίας καὶ ἀ-
λεξανδρείου, καὶ μαχαιρᾶ τος, ἔνθα τὰ πλεῖστα ἄ-
ξια ἰῶ αὐτῆ. καὶ μετ' ὀ πολὺ τὸν υἱὸν ἀριστόβουλον, μᾶ
στρατιᾶς ἐξέπεμψεν ὅπῃ δαμασκόν, κ πτολεμαῖα τῶ
μηναίου τῶ λεγομένου, ὃς ἔστι ἰῶ τῆ πόλει χείτων.
ἀλλ' ὁ μὲ οὐδὲν ἐργασάμενος ἀπρεπὲς ἄξιον ἐ..σπρε-
ψε. κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀγγέλλεται τιγράνης ὁ
τῶ ἀρμενίων βασιλεὺς, ἅμα μυριάσι στρατιωτῶ ν',
ἀφιξόμενος. τοῦτο ὤπαιρ εἰκὸς ἐφόβησε τὴν βασίλισ-
σαν κ

ναι δὲ τὸ ἔθνος, καὶ δῶρα ἦ πολλὰ καὶ λόγου ἄξια πέμπουσιν αὐτῷ καὶ παρίστασι, πολιορκοῦντι τὴν Πτολεμαΐδα βασίλισσα γὰρ σελήνη, ἡ καὶ πλειοπάτρα καλουμένη, τὴν μὲν συρίαν κατῆρχεν, ἦ καὶ ἐπήγαγε τοὺς ἐποικοῦντας δυσκλεῖ ναυ πράγματ. συνεσύχαζον δὲ αὐτῷ, καὶ ἐδόκουν χρηστὰ περὶ τὴ βασιλίσσης καὶ τῶν ἐθνους συμβαίνειν. ὁ δὲ ὑποδεξάμενος αὐτοὺς ἦ ὡς ἐξ ἡμέρας θεραπείας, ἐλπίδας ὑπέθετο χρηστάς. αὖθι ἦ τὴ Πτολεμαΐδος ἐαλωκυίας, ἀγγέλλεται τιγράνῃ, λευκόλλου διώκοντα μιθριδάτειον, εἰσεῖναι μὲν ἐξαμβρτεῖν, εἰς τοὺς ἴβηρας ἀπαφυγόντος, ἦ ἦ ἀρμενίαν παρδύσαντα πολιορκεῖν. τιγράνης ἦ ταῦτα ἀκηκοὼς, ἀνεχώρει ἦ ἐπ' οἴκου. μετ' ἦ τοῦτο τῆς βασιλίσσης εἰς νόσον χαλεπὴν ἐμπεσούσης, δόξαν ἀριστοβούλῳ τοῖς πράγμασιν ἐπιθεῖναι, ἦ νυκτὸς ὑπεξελθὼν μετ' ἐνὸς τῶν θεραπόντων, εἴη ἐπὶ τὰ φρούρια, ἵνα οἱ παῖδες κατατάχθησαν αὐτῷ φίλοι. πάλαι γὰρ ἀχθόμενος, οἷς ἐφρόντιζεν ἡ μήτηρ, πολὺ μᾶλλον ἔδεισε μὴ δοτοθανούσης, ἐπὶ τοῖς φαρισαίοις τὸ πᾶν ἦλθος αὐτῷ ὑπαρξῃ. ὡς δὲ τὸ αὐτίκα τοῦ μέλλοντος ἐξεδέχεται τὴν ἀρχὴν ἀδελφῷ. ξυνῆν δὲ δ' ἡ γυνὴ τῇ θεραπείᾳ μόνη, λαθὼν ἐπέλιπεν αὐτὸν μὴ ἦ ἦλθε. καὶ θεῖον ἀφικόμενος εἰς ἄγαβα, ἔνθα γαλαιστὴς ἦν τῶν δυνατῶν, ὑποδέχεται θεὸς αὐτῷ. ἐν ἡμέρᾳ δὲ τῇ βασιλίσσῃ αἴσθησις γίνεται τῆς ἀριστοβούλου φυγῆς, καὶ μέχρι τινὸς, ὥστο γενέσθαι ἦ ἀναχώρησιν οὐκ ἐπὶ πατρισμῷ. ὡς μηδὲ ἧκον ἀπαγγέλλοντες ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις ὅτι κατειλήφει τὸ θεῖον χωρίον καὶ τὸ δεύτερον, καὶ ξύμπαντα, αὐθὶς γὰρ ἐκ ἡμέρας ἐς ἡμέραν πάντα ὑπῆγετο θεὸς τὸ σφέτερον βούλημα, τότε δὲ ἐν μεγίστῃ ταραχῇ ὑπῆρχεν ἥτε βασίλισσα καὶ τὸ ἔθνος. ἤδεισαν γὰρ οὐ πάρεργα τῷ δυνάσθαι τὴν ἀρχὴν αὐτῷ κρατῦναι ἦ ἀριστόβουλον ὄντα. μάλιστα δ' ἔδεισαν μὴ ποτὲ εἰσ θεῖον ἐξάγαγε ὧν παρόντων αὐτῷ ἦ οἶκοι. δόξαν οὖν τὴν γυναῖκα αὐτῷ καὶ παῖδας εἰς τὸ ὑπὸ τῷ ἱερῷ φρούριον κατάθεσθαι. ἀριστοβούλῳ ἦ ὡσὰν ἐν πολλῷ σωφαλεῖ ἤθη, ἀφ' ὧν δὴ καὶ κόσμος ἤδη βασιλικὸς ἐπῆν αὐτῷ ἦν. σχεδὸν γὰρ ἐν ἡμέραις ἑπτὰ χωρίων ἐπράτησε κ', ὅθεν ἀφορμὰς ἔσχε, στρατιὰν ἠθροίζετο ἐκ τε λιβάνου καὶ τραχωνίτιδος, καὶ τὴν μοναρχίαν. οἱ δὲ ἄνθρωποι τὸ πλεῖστον ὑπαγόμενοι, ῥᾳδίως ὑπῆκουν, ἄλλως ἦ νομίζοντες οἱ ξυλλέξασθαι αὐτῷ τὴν μὲν θεὸν δυσκολαίνοντα, ἐπὶ κακὸν καρπώσεσθαι ἦ βασιλείαν, ὡς αὐτοὶ τὰ κρατήσαντα θεόφασιν ἡμῖν ὄντες. τὴν ἦ ἰουδαίων οἱ φαρισβύται ἐπὶ ὑπηκόους εἰσῆσαν ἑαυτῷ ἦ βασιλίσσαν, καὶ ἐδόκουν ὑποθήσεσθαι γνώμην θεῖ τῷ ἐπιτάττειν. ἦ δὲ ἀριστόβουλον, τὸν πάντων ἤδη κυριεύειν, ὁπόσα χωρίων ἔσουτων κρατήσαι. ἄτοπον ἦ εἰ καὶ τὰ μάλιστα κάμνοι θεὸν ἐξουσίας αὐτῆς καὶ σφᾶς βουλεύεσθαι. θεμιστὸν ἦ τὸν κύδωνιον οὐ δεῖ μακροῦ σφίσιν. ἦ ἦ αὐτοὺς ἐκέλευσε συμπέμψαι ὅτι δοκοῦσι χρήσιμοι εἶναι, πολλὰς ἦ αὐτοῖς ἀφορμὰς λαβεῖν, τὸ ἔθνος ἐῤῥωμένον, καὶ δυνάμει, καὶ τὰ ἐν τοῖς χαζοφυλακίοις χρήματα. αὐτῇ γὰρ μικρὸν ἔτι μέλειν τὴν θεραπείαν, ὡς ἐκλελοίποντος ἤδη τὸ σώματος. ταῦτ' εἰποῦσα μετ' οὐ πολὺ ἐτελεύτησε, βασιλεύσασα ἔτη θ'. τὰ ἦ σύμπαντα διώσασά γ' καὶ ὁ γυμνὸς τὴν αὐθενῆ τὸ φύλου κατ' οὐδὲν ἐπεσταλμένη. δεινὴ γὰρ εἰς τὸ φίλαρχον ἐν τοῖς μάλιστα γυναικὶ δεδαλέξειν ἔργους τότε θεραπικὸν δ' ἐν αὐτῇ γνώμης, καὶ τὸ ἀνειλέον τ' ἀεὶ πλούτειν θεῖ τὰς δυναστείας ἀνδρῶν.

A reginam & totam gentem terruit miserúntq; ad eum legatos cùm magni pretij muneribus, obsidentem tunc Ptolemaidē. Regina enim Selene, aliàs Cleopatra dicta, imperabat in Syria, & incolis eius autor erat vt Tigranem excluderēt. Ibi inuentum regem legati rogauerūt, vt bene sibi de regina sua déq; tota Iudæorū gēte polliceretur. Ille verò collaudatos quòd è longinquo venisset ad exhibēdū sibi officiū, iussit oīa bona spare. Capta verò Ptolemaide nūciatur Tigrani, Lucullū dū persequitur Mithridatē, illū quidē non assecutū, qui iā in Iberiā euaserat, sed Armeniā ingressū vastare eā regionē: quo cognito ille statim domū reuersus est. Post hæc cùm regina in morbū difficilē incidisset, & visum est Aristobulo iā adesse tēpus aggrediendi negotiū, noctu egress⁹ vno comitante famulo contulit se ad ea castella, quib. paterni amici erant præpositi. Iā dudū. n. molestē ferens quæ mater gerebat, tum verò cōgè magis timebat, ne illa mortua totū suum genus veniret in potestatē Phariseorū: & videbat quàm ineptus esset administrationi frater, ad quem spectabat successio. Cōscia verò fuit ei⁹ conat⁹ sola vxor quā domi reliquit cū liberis. ac primū venit Agaba, vbi Galæstes erat vnus è potētibus, à quo perlibēter exceptus est. Sequēti verò luce regina sensit Aristobuli absētiā: nec tamē statim suspicata est illū ad res nouādas esse ꝓfectū. Verū posteaquā venerūt nuncij alij super alios, ꝙ iā hoc, iā illud castellum occupasset: nā vno incipiēte statim reliqua oīa in ei⁹ potestatē se dediderūt: tū demū in magna cōsternatione fuit & ipsa regina & vniuersa gēs. sciebāt enī nō multū abesse Aristobulū, quin sibi vsurparet gētis sperīū: & vehemēter timebāt ne pœnas exigeret ab illis, qui in ipsius familiares debacchati fuerāt. placuit igitur vt vxor ei⁹ cū liberis custoditetur in castello quod tēplo erat appositū. ad Aristobulū autē magn⁹ fiebat cōflux⁹, vt iā nec strepitus deesset, nec ornatus regius. nam intra quindecim fermè dies occupauit castella viginti duo. in quib. habēs receptaculum, colligebat exercitū à monte Libano & Trachonitide & à tyrānis. homines enim semper plurib. se agglomerantes libēter obtēperabāt, sperātes etiam nonnihil vtilitatis se percepturos ex eo, quem ipsi ex insperato res nouas moliētē euexissent ad dignitatis regiæ fastigiū. Iudæorum autem seniores & Hyrcanus reginā conuenerunt, & rogabant vt præsentibus reb. aliquod expediret consiliū. Aristobulū enim iam penè totam dominationem ad se traxisse, occupatis tot locorū opportunitatib. se autem non decere, etiamsi maximè ipsa ægrotet, ea superstite cōsultare absque illius conscientia. periculum autē iam esse penè pro foribus. at illa iubebat eos facere quicquid putarent reipub. conducere. habere eos magnā facultatē, vires gentis, milites, & in ærario multā pecuniā: sibi enim iam non admodum curæ esse rerum administrationē, nimirū deficiēte corpusculo. his dictis non multo post extremū halitū reddidit, exacto anno regni IX. vitę tertio supra septuagesimū mulier supra sexū suū egregia, vt quæ mirū in modū honorū & imperandi cupida, operibus declarauit suā industriā, quasi exprobrās viris insciti ā, qui parū feliciter administrāt respublicas

semper enim præsentibus magis quàm futuris intenta, & omnia post habendo moderatæ gubernationi, neque ab honestate neque à iustitia deduci voluit. Familia tamen eius in tale incurrit infortunium, vt potentiam quam sibi multis sudoribus & periculis parauerat, propter huius non mulicbres cupiditates paulo pòst amiserit: quia & cum inimicis familiæ suę sensisse videtur, & rempublicam orbasse præsidibus: quin & post obitum eius ex reliquiis malæ ipsius administrationis, multæ turbelæ originem duxerunt in domo regia, attamen quàm diu rebus præfuit, gentem in pace continuit. atque hic fuit rerum Alexandriæ reginæ exitus.

τὸ γὰρ παρὸν κρεῖττον ἀξιοῦσα τοῦ μέλλοντος, καὶ πάντα δεύτερα ποιουμένη τῆς εὐκρατοῦς ἀρχῆς, οὔτε καλοῦ, οὔτε δικαίου ἕνεκά γε τούτων ἐπιστρέφετο. εἰς γοῦν τοῦτο τὸ οἶκον ἀτυχίας τὰ πρῶτα παρέσχεν, ὥστε μὴ μείζω πλείστων κινδύνων καὶ παλαιοτέρων προκτήσατο δυναστείαν, ὑπὸ θυμίας τῆς μὴ προσηκόντων γυναικὶ χρόνοις ἐκ πολλοῦ ὕστερον ἀφαιρεθῆναι, ζοῖς μὲν δυσμενῶς ἔχουσι πρὸς τὸ ἦθος αὐτῆς τιμὴν αὐτῇ προσθοῦσα, τιμὴν δὲ ἀρχικὴν ἔρημον τῆς προηγουμένων ποιησαμένη. καὶ ξυμφερόντων ἢ ἐπέπλησε καὶ ταραχῆς ἐξ ὧν ζῶσα ἐπολιτεύσατο καὶ μετὰ τὸν τελευτὴν τὸ βασίλειον. ἐκ μὲν ἀλλοκαὶ περ ἔτους ἄρξασα, ἐν εἰρήνῃ τὸ ἔθνος διεφύλαξεν. τὰ μὲν ἐν πρὸ ἀλεξάνδρας, τοῦτο ἔσχε τέλος.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΤΕΤΑΡΤΩ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΩ λόγῳ τῆς Ἰωσήπου ἱστοριῶν τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Ἀριστοβούλου καὶ ὑρκανοῦ πρὸ τῆς βασιλείας πόλεμος, καὶ ὡς συμβάντες ἤρηναν βασιλεύειν μὲν ἀριστόβουλον, ὑρκανὸν δὲ ἰδιωτεύειν. Κεφ. α.

Περὶ ἀντιπάτρου καὶ γένους αὐτοῦ, καὶ πίνα τρόπον εἰς λαμπρότητα καὶ δύναμιν ἅμα τοῖς παισὶ προήχθη, καὶ ὑρκανὸν φυγὴ πρὸς ἀρέταν τὸν ἀράβων βασιλέα. Κεφ. β.

Ὡς ἀριστόβουλος μάχῃ ἡττηθεὶς συνδιώκει ὃ δὴ ἱεροσόλυμα. Κεφ. γ.

Τρωκανοῦ καὶ ἀριστοβούλου πρεσβεῖαι πρὸς σκαῦρον περὶ συμμαχίας. Κεφ. δ.

Ὡς ἀριστόβουλος καὶ ὑρκανὸς πρὸς πομπήϊον ἦλθον περὶ τῆς βασιλείας δικαιολογούμενοι. Κεφ. ε.

Ὡς πομπήϊος στρατηγήματι χρησάμενος τὰ φρούρια παρέλαβεν. Κεφ. ς.

Ὡς ἱεροσολυμῖται τὰς πύλας ἀπέκλεισαν τοῖς ῥωμαίοις. Κεφ. ζ.

Ὡς πομπήϊος αἱρεῖ καὶ κράτος τὸ ἱερὸν, καὶ τιμὴ κάτω πόλιν, καὶ περὶ τῆς θεοσεβείας αὐτοῦ. Κεφ. η.

Ὅτι σκαύρου στρατεύσαντος δὴ πέτρα βασίλειον ὄσαν τῆς ἀράβων, ἀντίπατρος πείθει τὸν ἄραβα συμμαχίαν περὶ αὐτὸν ποιήσασθαι. Κεφ. θ.

Ὡς ἀλέξανδρος ὑπὸ γαβινίου κατατεθεὶς τῇ μάχῃ καὶ εἰς φρούριόν τι καταπλεισθεὶς πολιορκεῖται. Κεφ. ι.

Ὡς φυγόντα ἐκ ῥώμης ἀριστόβουλον εἰς ἰουδαίαν λαβὼν γαβίνιος αὖθις μάλωτον πάλιν ἀπέστρεψεν εἰς ῥώμην. Κεφ. ια.

Κράσσου καὶ τὰ δὴ παρθυαίων στρατίαν εἰς τὴν ἰουδαίαν ἀνάβασις, καὶ σύλησις τῆς ἱερῶν χρημάτων. Κεφ. ιβ.

Φυγὴ πομπήϊου εἰς ἤπειρον, καὶ σκιπίωνος εἰς συρίαν ὄφιξις. Κεφ. ιγ.

Καίσαρος ἐπ' αἴγυπτον στρατία, καὶ ὡς ἰουδαῖοι αὐτῷ συνεμάχησαν. Κεφ. ιδ.

Ἀντιπάτρου ἀρετὴ καὶ φιλία πρὸς καίσαρα. Κεφ. ιε.

HÆC CONTINENTVR IN IOSEPHI LIBRO DECImoquarto Antiquitatum Iudaicarum.

Post contentionem de regno inter Aristobulum & Hyrcanum, conuentum est vt Aristobulus regnaret: Hyrcanus priuatam vitam degeret. Cap. I.

Antipatri genus, & quomodo claritatem ac potentiam sibi & suis liberis parauerit: & fuga Hyrcani ad Aretam regem Arabum. Cap. II.

Aristobulus prælio victus compellitur Hierosolyma. Cap. III.

Hyrcani & Aristobuli legationes à Scauro petentes auxilium. Cap. IV.

Quomodo Hyrcanus & Aristobulus apud Pompeium de regno disceptauerint. Cap. V.

Quo stratagemate Pompeius castella occupauerit. Cap. VI.

Hyerosolymitani portas Romanis claudunt. Cap. VII.

Pompeius templum cum inferiore vrbis parte vi expugnat. Cap. VIII.

Scaurus bello aggressus Aretam, fœdus Antipatri suasu cum eo feriit. Cap. IX.

Alexander à Gabinio victus in quodam castello oppugnatur. Cap. X.

Aristobulus Romæ vinculis elapsus, rursum in Iudæa captus, à Gabinio Romam remittitur. Cap. XI.

Crassi contra Parthos ducentis per Iudæam iter & sacrilegium. Cap. XII.

Pompeij in Epirum, & Scipionis in Syriam aduentus. Cap. XIII.

Cæsaris in Ægyptum expeditio, & quàm fideli Iudæosum opera adiutus sit. Cap. XIV.

Antipatri res gestæ, & cum Cæsare amicitia. Cap. XV.

Καίσαρος ὑπὲρ σολαὶ καὶ δόγματα συγκλήτου περὶ τῆς πρὸς ἰουδαίους φιλίας. Κεφ. ις.
Οπ αὶ πάτρος τοῖς παρὰ ἡρῴδη μὲν τὴν γαλιλαίας τρόπον, φασαήλῳ δ' ἐπίτροπα τὰ ἱεροσολύμων. καὶ ὡς σέξτος καῖσαρ μέγαν καὶ ἔνδοξον τὸν ἡρῴδην ἐποίησεν. Κεφ. ιζ.
Ως κάσσιος τὰ τῶν ἰουδαίων διακόσια, καὶ τάλαντα πρὸ ὠτῶν παρ' αὐτῶν εἰσεπράξατο. Κεφ. ιη.
Ως μάλιχος ὑπεβάλλετο, αὐτὸν πάτρον αἰτῶν φαρμάκῳ. Κεφ. ιθ.
Ως ἡρῴδης ὑπεκύλαντος αὐτῷ κασσίου τὸ μάλιχον ἐδολοφόνησεν. Κεφ. κ.
Ως αὐτίγονον τὸν ἀριστοβούλου βουλόμενον ἀπὸ τῶν τυρίων τυράννου ἡρῴδης ἀπαντήσας τρέπει τε καὶ τῆς ἰουδαίας ἐκβάλλει. Κεφ. κα.
Οπ ἡρῴδης ἐν βιθυνίᾳ μεγαλοπρεπῶς πολλοῖς χρήμασιν ἐθεράπευσεν αὐτώνιον, ἀφ' οὗ τοὺς κατηγορεῖν αὐτοῦ βουλευσαμένους οὐκ ἐδέξατο. Κεφ. κβ.
Πῶς αὐτώνιος εἰς συρίαν μεγαλομόλμως ἡρῴδην καὶ φασάηλον τετραρχας κατέστησεν. Κεφ. κγ.
Στρατεία παρθων εἰς συρίαν, καθ' ὧν τὸν ἀριστοβούλου υἱὸν αὐτίγονον εἰς τὴν βασιλείαν κατήγαγον. Κεφ. κδ.
Ως οἱ πάρθοι ὑρκανὸν καὶ φασάηλον αἰχμαλώτους ἔλαβον. Κεφ. κε.
Ως ἡρῴδης εἰς τὴν ῥώμην μεγαλομόλμως ἀπεδήμησε· καὶ ὑπὸ τῆς συγκλήτου βασιλεὺς τῆς ἰουδαίας. Κεφ. κς.
Ελκους ἡρῴδην ὑπὸ ῥώμης καὶ μάχη πρὸς αὐτίγονον. Κεφ. κζ.
Πῶς ὑπὸ σοσίου καὶ ἡρῴδου αὐτίγονος διεφθάρη. Κεφ. κη.

Cæsaris literæ, & senatusconsulta de Iudæorum amicitia. Cap. XVI.
Antipater ex filiis suis Herodi Galilææ, Phasaëlo Hierosolymorum regimẽ committit: & quòd Sextus Cæsar Herodem magnum ac illustrem reddidit. Cap. XVII.
Cassius afflictis Iudæis insuper octingenta talenta ab eis exigit. Cap. XVIII.
Malichus per insidias Antipatrum veneno tollit. Cap. XIX.
Herodes iussi Cassij Malichum dolo interficit. Cap. XX.
Antigonum Aristobuli filium auxilio Tyriorum tyranni paternum regnum repetentem, Herodes profligatum è Iudæa pellit. Cap. XXI.
Herodes in Bithynia occurrens Antonio, pecuniis eum sibi conciliat, quo factum est, vt ille accusatores eius non admiserit. Cap. XXII.
Antonius in Syriam prouinciam veniens Herodem cum Phasaëlo tetrarchas constituit. Cap. XXIII.
Parthi Antigonum Aristobuli filium in regnum reducunt. Cap. XXIV.
Parthi Hyrcanum & Phasaëlum captiuos abducunt. Cap. XXV.
Herodes Romæ à Senatu Iudææ rex declaratur. Cap. XXVI.
Herodis ex Italia nauigatio & pugna aduersus Antigonum. Cap. XXVII.
Antigonus à Sosio & Herode opprimitur. Cap. XXVIII.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΟΣ.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM

LIBER DECIMVSQVARTVS.

CAP. I.

Post contentionem de regno inter fratres conuentum est vt Aristobulus regnaret, Hyrcanus priuatam vitam degeret.

DE Alexandræ reginæ rebus & obitu in præcedenti volumine diximus, nunc quę deinceps consecuta sunt, dicturi sumus, nihil magis studentes quàm ne quid vel per ignorantiam vel per obliuionem prætermittamus. Nam qui historiam & rerum propter antiquitatem obscuratum expositionem scribere se profitentur, debent quidem non negligere orationis cultum, & elegantem compositionem, tum quicquid lectioni gratiam conciliat, & adimit tædium: sed præcipua cura impendenda est veritatis studio, ne suam fidem sequentes fallant & inducant in errorem aliquem. Cùm igitur pontificatum accepisset Hyrcanus anno tertio septimæ & septuagesimæ supra centesimam Olympiadis, Q. Hortensio, Q. Metello Cretico Coss. statim bellum ei Aristobulus intulit: & commisso ad Hierichuntem prælio, multi ex eius militibus ad fratrem transfugerunt. quo facto Hyrcanus in arcem confugit. in quam custodiendi filij & vxor Aristobuli à matre eius depositi fuerant, vt antè diximus. reliqui etiam eius factionis homines cùm victoris metu intra septum fani se recepissent, breui deditionem fecerunt. Cœptum est deinde agi inter fratres de pacis conditionibus, in quibus obtinuit Aristobulus vt regnaret, & fratrem sineret in otio frui quæ illi obuenerant facultatibus, & priuatam vitam agere. Hoc fœdus ictum est in ipso templo, & data acceptáque fide, iunctísque dexteris sancitum: & post mutuos complexus in conspectu populi factos digressi sunt, alter in regiam, alter priuatus in ædes Aristobuli.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Αριστοβούλου καὶ ὑρκανοῦ περὶ τῆς βασιλείας πόλεμος, καὶ ὡς συμβαίντες ἐκεῖνα βασιλεύῃ μὲν ἀριστόβουλος, ὑρκανὸν δ' ἰδιωτεύειν.

ΤΑ μὲν οὖν περὶ ἀλεξάνδραν τὴν βασίλισσαν καὶ τὸν θάνατον αὐτῆς, ἐν τῇ πρὸ ταύτης ἡμῖν βίβλῳ διηλώκαμεν. τὰ δ' ἑξῆς ἀκόλουθα καὶ πρέποντα νῦν ἐρεῖν, οὐκ ἄλλου τινός, ἢ τοῦ μηδὲν παραλιπεῖν τῶν πεπραγμάτων ἢ δι' ἄγνοιαν ἢ δι' ὀλιγωρίαν ἁμάρτημα τῆς μνήμης, προμηθούμενοι. τὸν μὲν ἰσορίαν καὶ τὸν μύσιν τῶν ἀγνοουμένων τοῖς πολλοῖς πεφιλοτίμηται δι' τὴν ἀρχαιότητα δίκαιον, καὶ τὸ τῆς ἐπαγγελίας κάλλος, ὅσον δὴ τοῦτ' ὄζιν ἔχει τῶν ἐνομάτων καὶ τῆς τούτων ἁρμονίας, καὶ ὅσα πρὸς τούτοις συμβάλλεται κόσμον τῷ λόγῳ τοῖς ἀναγνωσομένοις ἔχειν, ὡσὰν μὴ χαρίεις τινὸς, καὶ ἡδονῆς τὴν ἐμπρέπειαν παραλαμβάνοιεν. πάντων δ' μᾶλλον, τῆς ἀκριβείας τοῖς συγγραφεῖς σοφίζεσθαι δεῖ, καὶ τοῦ ταληθῆ λέγειν τοῖς πρὸ ἐν ἐπίστασιν αὐτοῖ, πιστεύειν αὐτοῖς μέλλωσι. ἀρξαμένου τοίνυν τῆς ἀρχιερωσύνης ὑρκανοῦ τῷ γ' ἔτει τῆς ζ καὶ ὁ πρὸς τοὺς ἐν Ὀλυμπιάδος, ὑπατεύοντος ῥωμαίων κοίντου ὀρτησίου, καὶ κοίντου μετέλλου, ὃς δὴ καὶ κρητικὸς ἐπεκαλεῖτο, πόλεμον δίδυς ἐκφέρει πρὸς αὐτὸν ἀριστόβουλος, καὶ τῆς μάχης αὐτῷ γιγνομένης πρὸς ἱεριχοῦντι, πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν αὐτοῦ πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτομολοῦσιν, οὐ γιγνομένου, φόβῳ πρὸς τὸν ἀριστόβουλον ὑρκανὸς, ἐν θαρσυνίβαινε κατειρχθαι τὸν ἀριστοβούλου γυναῖκα, καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ ὑπὸ τῆς μητρὸς καθὰς προειρηκαμεν. καὶ τοὺς ἀπιστασιώτας δὲ καταφυγόντας εἰς τὸν τοῦ ἱεροῦ περίβολον, αἴρει προσβαλών. καὶ λόγους ποιησάμενος πρὸς τὸν ἀδελφὸν περὶ συμβάσεως, καταλύεται τὸν ἔχθραν ὅτι τοῦ βασιλεύειν μὲν ἀριστόβουλον, αὐτὸν δὲ ζῆν ἀπραγμόνως καρπούμενον ἀδεῶς τὸν ὑπάρχουσαν αὐτῷ κτῆσιν. ταῦτα ὅτι τοῖς ἐν τῷ ἱερῷ συνθέμενοι, καὶ ὅρκοις καὶ δεξιαῖς πιστωσάμενοι τὰς ὁμολογίας, καὶ καταπασάμενοι τῷ πλήθους παντὸς ὁρῶντος ἀλλήλους, ἀνεχώρησαν ὁ μὲν, εἰς τὰ βασίλεια, ὑρκανὸς δ' ὡς ἰδιώτης, εἰς τὸν οἰκίαν τοῦ ἀριστοβούλου.

Περὶ

Κεφάλαιον Β'.

Περὶ Ἀντιπάτρου τοῦ γένους αὐτῶ, καὶ πῶς ἔσπευσεν εἰς λαμπρότητα καὶ δύναμιν ἅμα τοῖς παισὶ περιποιήσασθαι, καὶ ὡς καὶ φυγὴ παρὰ Ὑρκανοῦ πρὸς Ἀρέταν τὸν τῶν Ἀράβων βασιλέα.

ΦΙλος δέ τις Ὑρκανῶ ἰδουμαῖος Ἀντίπατρος λεγόμενος, πολλῶν μὲν δυτερῶν χρημάτων, δραστήριος δὲ τὴν φύσιν ὢν καὶ στασιαστὴς, ἀλλοκότως εἶχε πρὸς τὸν Ἀριστόβουλον καὶ διαφόρως, ὅτι τῶ πρὸς Ὑρκανὸν εὔνοιαν. Νικόλαος μέντοι φησὶν ὁ Δαμασκηνὸς, τῶ τὸν ἐξ ἡλίους ὄντα τῶν Ἰουδαίων, τῶν δὲ Βαβυλῶνος εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀφικομένων. ταῦτα δὲ λέγ χαριζόμενος ἡρῴδη τῶ παιδὶ αὐτοῦ, βασιλεῖ τῶν Ἰουδαίων ἐκ τύχης τινὸς ἡγουμένῳ. ὡς δ' καὶ ἐφ' ἑτέροις δηλώσομεν. ἔσχε πάντως ὁ Ἀντίπατρος, Ἀντίπας τὸ πρῶτον καλεῖτο, καὶ τῶ παρ' αὐτοῦ τοῦτο ἐπωνύμια. ὃν Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ στρατηγὸν ἀποδειξάντων ὅλης τῆς Ἰδουμαίας, ποιήσασθαι φιλίαν πρὸς τοὺς ὁμόρους Ἄραβας καὶ Γαζαίους, καὶ ἀσκαλωνίτας λέγουσι, πολλαῖς αὐτοὺς καὶ μεγάλαις ἐξιδιωσάμενον δωρεαῖς. τὸν μὲν οὖν τοῦ Ἀριστοβούλου δυνασείαν ὀνειδίζοντες Ἀντίπατρος ὑφορώμενος καὶ δεδιὼς μήτι παθὴ διὰ τὸ φρὸς αὐτὸν μῖσος, ὑποπτεύοντας κρύφα κατ' αὐτοῦ διαλεγόμενος τῶ Ἰουδαίων τοὺς δυνασεύοντας, ἄδικον εἶναι λέγων φθονεῖσθαι Ἀριστόβουλον ἀδίκως ἔχοντα τὴν ἀρχὴν, καὶ τὸν μὲν ἀδελφὸν ταύτης ἐκβεβληκότα, πρεσβύτερον ὄντα, κατέχοντα δ' αὐτὸν ὄσαν ἐκεῖνα διὰ τὸ πρεσβεῖον. τέλος τε συνεχῶς φρὸς τὸν Ὑρκανὸν ποιούμενος διατελῶν τὰς λύσεις, καὶ ὅπ κινδυνεύσοι τῆ ζωῆ, εἰ μὴ φυλάξαιτο ποιήσας αὐτὸν ἐκποδών. τὰς δὲ φίλας τοῦ Ἀριστοβούλου μηδένα φοβεῖσθαι καιρὸν ἔλεγε συμβουλεύοντας αὐτὸν ἀπελθεῖν, ὡς τότε βεβαίως ἕξοντα τὴν ἀρχήν. τέλος Ὑρκανὸς ἥπιος ἦν τοῖς λόγοις, φύσει χρηστὸς ὤν, καὶ διαβολὴν δι' ὑπόπτου ἂν προσιέμενος ῥᾳδίως. ἐπεὶ ἦν αὐτῶν τὸ ἀπρόσεκτον καὶ τὸ παρημελημένον τῆς διανοίας, τοῖς ὁρῶσιν ἀγχίνοια καὶ ἀνδρεῖον δοκεῖν. τῆς δὲ ἐναντίας φύσεως ἦν Ἀριστόβουλος, δραστήριος καὶ διηγερμένος τὸ φρόνημα. ἐνταῦθα τοίνυν ὁ Ἀντίπατρος, καὶ φροσέχοντα ἑώρα τοῖς λόγοις τὸν Ὑρκανὸν, καὶ διέλιπεν ἑκάστης ἡμέρας πλατόμενος καὶ διαβάλλων φρὸς αὐτὸν Ἀριστόβουλον, ὡς κλεῖναι θέλοντα, καὶ μόλις ἐγκείμενος πείθῃ φρὸς Ἀρέταν αὐτῶ συμβουλεύσας φυγεῖν, τὸν Ἀράβων βασιλέα. φαθέντι γὰρ καὶ αὐτὸς ἔσεσθαι σύμμαχος ὑπισχνεῖτο. ὁ δὴ ταῦτ' ἀκούων ἔλεγε, συμφέρον εἶναι τὸ φρὸς τὸν Ἀρέταν ἀποδραναι. ἔστι δὲ ὅμορος τῆ Ἰουδαίᾳ ἡ Ἀραβία. καὶ δὴ πέμψας φθάνει τὸν Ὑρκανὸς φρὸς τὸν Ἀράβων βασιλέα, τὸν Ἀντίπατρον, λαμβάνων πίστεις, ὡς ἂν ἐκδῶσι τοῖς ἐλθοῦσιν ἱκέτην αὐτὸν ἡγούμενον. λαβὼν δὴ τὰς πίστεις ὁ Ἀντίπατρος, ὑπέστρεφε πρὸς Ὑρκανὸν εἰς Ἱεροσόλυμα. καὶ μετ' ὀλίγον ἀφανῶς λαβὼν αὐτὸν, καὶ τῆς πόλεως ὑπεξελθὼν νύκτωρ, καὶ πολὺν ἀνύσας ὁδὸν, ἦκεν ἄγων αὐτὸν εἰς τὴν κεκλημένην Πέτραν, ὅπου τὰ βασίλεια τοῦ Ἀρέτα. μάλιστα δ' ἂν φίλος τῶ βασιλεῖ, κατάγειν τὸν Ὑρκανὸν εἰς τὴν Ἰουδαίαν παρεκάλει, καὶ τὰδ' ἑκάστης ἡμέρας ποιῶν καὶ οὐκ ἀνιείς, ἀλλὰ καὶ δωρεαῖς περιέμενος, πείθῃ τὸν Ἀρέταν. ἐμὲν ἀλλὰ καὶ Ὑρκανὸς ὑπῆρχετο αὐτῶ καταχθείς, καὶ τὴν βασιλείαν κομισάμενος, δώσειν τήν τε χώραν καὶ τὰς δώδεκα πόλεις, ἃς Ἀλέξανδρος ὁ πατὴρ αὐτοῦ τῶ Ἀράβων ἀφείλετο. ἦσαν δ' αὗται, Μήδαβα, Ναβαλλώ, Λιβιάς, Θαραβασά,

Cap. II.

Antipatri genus, & quomodo claritatem ac potentiam sibi & suis liberis parauerit, & fuga Hyrcani ad Aretam regem Arabum.

AMicus autem quidam Hyrcani Idumæus nomine Antipater, vir pecuniosus, natura factiosus & industrius, infensus erat Aristobulo, eo quòd ipse studeret Hyrcani partibus: quamuis Nicolaus Damascenus huius genus deducat à primatibus Iudæorum, qui in Iudæam venerunt è Babylonia. Sed hoc dicit in gratiam Herodis eius filij, quem fortuna ad Iudæorum regnum euexit, sicut suo loco dicetur. Hic igitur Antipater primùm vocabatur Antipas, eodem quo pater ipsius nomine: quē ab Alexandro rege & eius vxore constitutum ducem totius Idumææ, ferunt amicitias Arabum & Gazæorum & Ascalonitarum coluisse, multísque eos sibi conciliasse muneribus. Itaque minor Antipater suspectam habens Aristobuli potentiam, & timens eùm propter mutuam simultatem, clancularijs obtrectationibus effecit vt contra illum potentiores Iudæorum conspirarent, iniquum esse dictitans sinere Aristobulum incubare vsurpato per iniuriam imperio, ex quo eiecisset fratrem natu maiorem, cúmque ætatis prærogatiua spoliasset. eisdem verbis etiam Hyrcanum obtundebat assiduè, addens ne vitam quidem illi esse in tuto, nisi matura fuga saluti suæ prospiceret: amicos enim Aristobuli nunquam non consultare, quomodo eo sublato de medio, dominationem alteri constabiliant. His sermonibus Hyrcanus nolebat credere, quòd esset natura bonus, & calumnias non libenter admitteret. quæ quidem animi lenitas & quietis amor parauit ei opinionem ignauiæ. at Aristobulus planè contrario fuit ingenio, industrius simul & magnanimus. Cùm igitur Antipater videret Hyrcanum nihil moueri suis monitis, non destitit tamen quotidie nouas de fratre criminationes fingere, quasi insidiaretur vitæ illius. tandem vrgendo ægrè obtinuit, vt assentiret fugere ad Aretam regem Arabum, suum quoque pollicitus auxilium: ídque eo facilius impetrauit, quòd Iudææ confinis sit Arabia. præmittitur itaque Antipater ad regem, acceptúrus ab eo fidem, quòd inimicis non dediturus esset suum supplicem: quod vbi ille interposita fide promisit, Antipater ad Hyrcanum reuersus est Hierosolyma: & non multò pòst assumpto eo noctu vrbem egressus, magnis itineribus peruenit in vrbem quæ Petra dicitur, apud quàm erat Aretæ regia: & quòd esset regi amicissimus, rogabat eum vt Hyrcanum in III. Iudæam restitueret, & instando quotidie dandóque munera tandem persuasit. Hyrcanus quoque pollicitus est si ope eius reductus regnum reciperet, redditurum se ei regionem cum duodecim oppidis, quæ pater ipsius Alexander de Arabibus ceperat. erant autem hæc: Medaba, Naballo, Liuias, Tharabasa,

Agilla, Athone, Zoara, Oronæ, Matiſſa, Rydda, Luſa, Oryba.

A ἄγαλλα, ἀθώνη, ζώαρα, ὀρώνη, μάειστα, ῥύδδα, λούσα, ὄρυβα.

CAP. III.

Ariſtobulus prælio victus compellitur Hieroſolyma.

TAlibus promiſſis permotus Aretas expeditionem ſuſcepit contra Ariſtobulum, ducens quinquaginta millia pedeſtris ſimul & B equeſtris exercitus, móxque vicit prælio. poſt eam victoriam multis ad Hyrcanum transfugientibus, deſolatus Ariſtobulus confugit Hieroſolyma. Arabs autem adducto ſecum toto exercitu, oppugnabat eum in templo adiuante Hyreanum etiam populo, ſolis ſacerdotibus non deſerentibus Ariſtobulum. ſed Aretas admotis tam Iudæorum quàm Arabum exercitibus acriter oppugnationi inſtabat. Dum hæc ita geruntur inſtante azimorum feſto quod C Paſcha vocamus, optimates Iudæorum relicta ſua regione fugerunt in Ægyptum. Quidam autem Onias vir iuſtus & Deo carus, qui aliquando ſiccitatis tempore impetrauerat piis precibus pluuiam, tunc in latebras ſe abdidit. ciuile bellum præſentiens, hūc in caſtra adductum Iudæi rogabant, vt quemadmodum olim ſterilitati attulerat remedium, ita tunc deuoueret diris Ariſtobulum, & quotquot eius factionem ſequebantur: id cùm diu recuſans cogeretur à turba, ſtans in medio eorum ſic precatus eſt: Deus vniuerſi huius mundi rex, quoniam & hi qui mecum ſtant tuus ſunt popul⁹, & qui oppugnantur tui ſacerdotes ſunt, precor vt neque hos contra illos, neque illos contra hos, orantes exaudias. Poſt hæc vota circumſteterunt cum quidam ex Iudæis viri perditi, & obruerunt lapidibus, quam crudelitatē Deus vltus eſt continuo, cædiſque Oniæ pœnas exegit in hunc modum. Dum Ariſtobulus E oppugnatur cum ſacerdotibus, ſuperuenit Paſcha, in quo feſto nobis mos eſt multis Deum honorare ſacrificiis. quibus quia carebant obſeſſi, rogauerunt ſuos tribules vt accepta quantam poſtularent pecunia, victimarum copiam ſibi facerent. illis verò pactis mille drachmas in ſingula capita, & repræſentari ſibi iubentibus, Ariſtobulus & ſacerdotes libenter id fecerunt, & per funem è muro demiſerunt precium. at illi accepta pecunia non reddiderunt F victimas: ſed eo progreſſi ſunt impietatis, vt non ſeruata fide hominibus, Deum etiam fraudarent debitis honoribus. ſacerdotes autem quibus per pactorum ſpeciem illuſum fuit, orauerunt Deum vt pœnas de tribulibus ſuis ſumeret: nec dilata eſt vindicta: ſed procella vehemens immiſſa fecit per totam eam regionem magnam vaſtationem fructuum, ita vt tritici modius veniret drachmis quindecim.

Κεφάλαιον γ'.

Ως ἀριστόβουλος μάχῃ ἡττηθεὶς συμβιάζεται εἰς ἱεροσόλυμα.

ΤΟύτων αὐτῷ τὴν ὑποχέσεων γενομένων, ἀρέτας ἐστράτευσεν ὅπλων ἀριστόβουλον, μετὰ μυριάδων ἱππικοῦ ἅμα καὶ πέζης στρατιᾶς, καὶ νικᾷ τῇ μάχῃ. πολλῶν δὲ μετ' τὴν νίκην φεύγοντων αὐτομολησάντων, μονωθεὶς ὁ ἀριστόβουλος, ἔφυγεν εἰς ἱεροσόλυμα. ὁ δὲ τὴν ἀρέβων βασιλεὺς πᾶσαν τὴν στρατιὰν ἀγαγών, καὶ προσβαλὼν τῷ ἱερῷ τὸν ἀριστόβουλον ἐπολιόρκει, προσιστάμενου καὶ τὸ δήμου τῷ ὑρκανῷ, καὶ συμπολιορκοῦντος αὐτῷ, μόνων δὲ τῶν ἱερέων ἀριστοβούλῳ προσμενόντων. ὁ μὲν οὖν ἀρέτας ἐξῆς βαλλόμενος τὰ στρατόπεδα τῷ ἀράβων καὶ τῷ ἰουδαίων, ἰσχυρῶς ἐνέκειτο τῇ πολιορκίᾳ. τούτων δὲ γενομένων κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τῶν ἀζύμων ἑορτῆς ἣν φάσκα λέγομεν, οἱ δοκιμώτατοι τῶν ἰουδαίων ἐκλιπόντες τὴν χώραν, εἰς αἴγυπτον ἔφυγον. ὀνίας δέ τις ὄνομα, δίκαιος ἀνὴρ καὶ θεοφιλής, ὃς αἰθρείας ποτὲ οὔσης ὗσε κατὰ τὴν εὐχὴν λύσας αὐχμόν, καὶ γῆ ὑόμενος ἐπήκοος ὁ θεὸς ὢν, ἔκρυψε ὠμὸν ὀργὴ τὸν τῶν κακῶν ὁρᾶν δυνάμενον. οὗτος κρυπτόμενος εἰς τὸ στρατόπεδον τῷ ἰουδαίων, ἠξίουν ὡς ἐπαυσε τὸν αἰθρείαν δι' ἄμβλυος, ἵν' οὕτως ἀρὰς κατὰ ἀριστοβούλου καὶ τῷ συστασιαστῶν αὐτοῦ ἐπιθῆται. ἐπεὶ δὲ αἰπλέγων καὶ θαμυτύμβῳ ἐβιάσθη ὑπὸ τῶ πλήθους, τὰς μέσος αὐτῶν εἶπεν. ὦ θεὸς βασιλεῦ τῶν ὅλων, ἐπεὶ οἱ μετ' ἐμοῦ νῦν ἑστῶτες σοὶ λαός ἐστι, καὶ οἱ πολιορκούμενοι δὲ ἱερεῖς σοί, δέομαι μήτε κατὰ τούτων ἐκείνοις ἀκοῦσαι, μήτ' ἐκείνων ἀὐτοῖς θαλεῖν. καὶ τὴν μὲν ταῦτ' ἀξίαμον ἔσεισάντες οἱ πονηροὶ τῷ ἰουδαίων κατέλυσαν. ὁ δὲ θεὸς ταύτης αὐτοῖς θαλασσῶμα ἐπεμορήσατο τῆς ἀμότητος, καὶ δίκλω εἰσεφέρατο τὸ ὀνίου φόνου τούτῳ τῷ τρόπῳ. πολιορκουμένων γὰρ τὴν ἱερέων καὶ τὸ ἀριστοβούλου, συνέβη τὴν ἑορτὴν θησιῶν τὴν καλουμένην φάσκα, καθ' ἣν ἔθος ἐστὶν ἡμῖν πολλὰ θύειν τῷ θεῷ. ὑποτρωθεὶς δὲ θυμάτων οἱ περὶ τὸν ἀριστόβουλον, ἠξίωσαν αὐτοῖς τοὺς ὁμορφύλους θαλασσεῖν, χρήματα λαβόντας ἀπὸ τῶν θυμάτων ὅσα θέλουσιν. τῶν δὲ, εἰ βούλονται λαβεῖν χιλίας δραχμὰς ἀπ' ἑκάστης κεφαλῆς καταβαλεῖν κελευόντων, προθύμως ὅπερ ἀριστόβουλος καὶ οἱ ἱερεῖς ὑπέσχοντο, καὶ δι' τῶν τειχῶν καθιμήσαντες, ἔδωκαν αὐτοῖς τὰ χρήματα. κἀκεῖνοι λαβόντες, οὐκ ἀπέδωκαν τὰ θύματα, ἀλλ' εἰς τοῦτο πονηρίας ἦλθον ὥς τε θαβεῖν τὰς πίστεις καὶ ἀσεβῆσαι εἰς τὸν θεὸν τὰ πρὸς τὴν θυσίαν μὴ θαλόντας τοῖς δικαίοις. θαυμασθέντες δὲ οἱ ἱερεῖς, ἤνξαντο τῷ θεῷ, δίκλω αὐτῶν εἰσφέρασθαι θαλὰ τῶν ὁμορφύλων. ὁ δὲ οὐκ ἀνεβάλετο τὴν πικρείαν, ἀλλὰ πνεῦμα πολὺ καὶ βίαιον ὅπεπεμψας, τὸν καρπὸν ἀπάσης τῆς χώρας διέφθειρεν, ὡς τὸ μόδιον τοῦ σίτου τότ' αὐτοῖς ἐξωνεῖσθαι δραχμῶν πεντεκαίδεκα.

Κεφά-

Κεφάλαιον δ'.

Υρκανοῦ καὶ ἀριστοβούλου πρεσβεῖαι πρὸς σκαῦρον περὶ συμμαχίας.

ΕΝ τούτῳ πέμπει καὶ σκαῦρον εἰς συρίαν πομπήϊος, αὐτὸς ὢν ἐν ἀρμενίᾳ καὶ πολεμῶν ἐπὶ τιγράνην. ὁ δὲ ἀφικόμενος εἰς δαμασκὸν, λόλλιον μὲν καὶ μετέλλον τεθνεῶτε τὴν πόλιν ἠρηκότας εὗρεν, αὐτὸς εἰ τὴν ἰουδαίαν ἐπείγετο. ἐνδιαφερόμενοι δὲ πρέσβεις ἦκον παρ' αὐτὸν τε ἀριστοβούλου πρὸς αὐτὸν, καὶ ὑρκανοῦ συμμαχεῖν ἀξιοῦντων ἑκατέρῳ. ὑπισχνεῖτο δὲ ἀριστοβούλῳ μὲν, ὁ δώσων τάλαντα, τὸν δ' ὑρκανὸν τούτων ἐλάττονα παρέξων, ὡς εἰκὸς· ἦν γὰρ ἀπλοῦς καὶ μεγαλόψυχος ἦν, καὶ μᾶλλον ἐξίων τυγχάνειν. ὁ δὲ καὶ πάνυ λῦπος καὶ γλίχεσθαι δοκῶν μᾶλλον τὸν ἀδελφὸν ἐκβαλεῖν ἐπαγγελίαις. οὐ γὰρ ἴσον ἐδόκει βίᾳ πόλιν ἑλεῖν, ἐν τοῖς μάλιστα ὀχυρὰν καὶ δυνατὴν, ἢ φυγάδας ἐκβαλεῖν μετὰ τῶν ναβαταίων πλήθους, οὐκ ἐπὶ πρὸς πόλεμον ἐγκεκινημένους. τούτῳ τοίνυν πρόσθεν ὁρμῶντες ἐκ τὰς πρεσβείας αἰτίας, λαβὼν τὰ χρήματα λύει τὴν πολιορκίαν, κελεύσας ἀναχωρεῖν τὴν ἀρέταν, ἢ πολέμιον αὐτὸν ῥωμαίων ἀποδείξεσθαι. καὶ σκαῦρος μὲν εἰς δαμασκὸν πάλιν ἀνεχώρησεν. ἀριστόβουλος δὲ μετὰ πολλῆς δυνάμεως, ὅτι τὴν ἀρέταν καὶ ὑρκανὸν ἐστρατευσε. καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς ὅπου τὸν καλούμενον παπυρῶνα, νικᾷ τῇ μάχῃ, καὶ κτείνει σὺν ἑπτακισχιλίοις τῶν πολεμίων, μεθ' ὧν ἔπεσε κηφαλίων ὁ ἀντιπάτρου ἀδελφός.

Κεφάλαιον ε'.

Ως ἀριστόβουλος καὶ ὑρκανὸς πρὸς πομπήϊον ὑπὲρ τῆς βασιλείας διεκρίνοντο.

ΜΕτ' οὐ πολὺ δὲ πομπήϊος εἰς δαμασκὸν ἀφικόμενος, καὶ κοίλην συρίαν διιὼν τὸν, ἦκον παρ' αὐτὸν πρέσβεις ἐξ ὅλης συρίας καὶ αἰγύπτου, καὶ ἐκ τῆς ἰουδαίας. ἔπεμψε γὰρ αὐτῷ μέγα δῶρον ἀριστόβουλος ἄμπελον χρυσῆν ἐκ πεντακοσίων ταλάντων μεμνηται δὲ τοῦ δώρου καὶ στράβων ὁ καππαδόξ λέγων οὕτως, ἦλθε δὲ καὶ ἐξ αἰγύπτου πρεσβεία, καὶ στέφανος ἐκ χρυσοῦ τετρακισχιλίων. καὶ δὴ τῆς ἰουδαίας ἦν ἄμπελος, εἴτε κλῆμα, τερπολεῖν ὀνόμαζε τὸ δημιούργημα. τοῦτο μέντοι τὸ δῶρον ἱστορήκαμεν καὶ ἡμεῖς ἀνακείμενον ἐν ῥώμῃ, ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ διὸς τοῦ καπετωλίου, ἐπιγεγραμμένον ἔχον ἀλεξάνδρου τοῦ τῶν ἰουδαίων βασιλέως. ἐπιμνηθῆναι, πεντακοσίων ταλάντων. ἀριστόβουλον μὲν οὖν τοῦτο λέγεται πέμψαι τῶν ἰουδαίων δυνάστην. μετ' οὐ πολὺ δ' ἦκον πάλιν πρέσβεις πρὸς αὐτὸν, αὐτίπατρος μὲν ὑπὲρ ὑρκανοῦ, νικόδημος δ' ὑπὲρ ἀριστοβούλου. ὃς δὲ κατηγόρει τῶν λαβόντων χρήματα, γαβινίου μὲν πρότερον, σκαύρου δ' ὕστερον, τὸν μὲν ἑξακόσια, τὸν δὲ τριακόσια τάλαντα, πρὸς τοῖς ἄλλοις, ἐχθροὺς δὲ τούτους αὐτῷ κατεσκευάζων. κελεύσας δ' ἥκειν τοὺς διαμφισβητοῦντας, ἐπισκήψας τὸν ἔαρος, ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν ἐκ τῶν χειμαδίων, ὥρμησεν ὅπῃ τὸν δαμασκηνὸν, καὶ τὸν τὴν λύκον ἐν παρόδῳ τὸν ἐπαμείᾳ κατέσκαψεν· ὃν ὁ κυζικηνὸς ἐπέσχεν αἰτίαν. καὶ τὸν πολεμαίου τὸν ὠμναίου χωρὶς κατενόησεν αὐτὸς ποιησόμενος, καὶ ὕστερον ἐλαττόνος δουσίου τὸν ξιπολίζου τὸν πελεκαθρίτου, οὓς παρ' ἡμῶν δώρων ἐτύγχανεν αὐτῷ,

Cap. IV.

Hyrcani & Aristobuli legationes à Scauro petentes auxilium.

INterea Pompeius Scaurum misit in Syriam, ipse in Armenia distentus bello, quod adhuc gerebat contra Tigranem. ille verò vbi Damascum venit, recèns captam à Metello & Lollio, properauit in Iudæam continuato itinere. huic legati facti sunt obuiam, tã ab Hyrcano quàm ab Aristobulo, vtrique petentes societatem & auxilium. & cùm Aristobulus polliceretur cccc. talenta, nec pauciora Hyrcanus, Scaurus Aristobuli promissa prætulit. is enim liberalis erat, & abundans pecuniis, & rogabat officium præstari facilius. alter verò pauper erat ac tenax, & cùm maiora quàm frater in petrare cuperet, tamen non satis bona fide polliceri videbatur. Nam difficilius erat expugnare vrbem adeò munitam & validam, quàm profugos repellere & Nabathæorum turbam, præsertim non valde ad id bellum gerendum animatam. Ob has igitur causas accepta ab hoc pecunia obsidionem soluit, denuncians Aretæ vt recederet, ni pareat declarandus hostis Rom. populi. Et Scaurus quidem Damascum reuersus est: Aristobulus verò cum magno exercitu contra Aretam & Hyrcanum profectus est: & congressus cum eis apud locum quem Papyronem nominant, prælio vicit cæsis circiter septem millibus hostium, inter quos etiam Cæphalio frater Antipatri cecidit.

Cap. V.

Quomodo Aristobulus & Hyrcanus apud Pompeium de regio discepterauerant.

NOn multo autem post cùm Pompeius Damascum venisset, & obiret Cœlesyriam præsto fuerunt ei legati ex vniuersa Syria & Ægypto atq; Iudæa. misit enim ad eum insigne donum Aristobulus, vitem auream D. talentorum. meminit autem huius muneris etiam Strabo Cappadox his verbis: venit & ex Ægypto legatio, cum corona facta ex aureorum quatuor millibus: & ex Iudæa siue vitis, siue hortus, quod opus τερπολὴν, id est delectamentum vocabatur. hoc donum vidimus etiã nos Romæ dedicatum in Iouis Capitolini templo, cum inscriptione Alexandri regis Iudæorum: extimabatúrque quingentis talentis. fertur autem missum à dynasta Iudæorum Aristobulo. Paulo pòst iterum venerunt ad eum legati, Antipater pro Hyrcano, Nicodemus pro Aristobulo, qui etiam accusabat eos qui acceperant pecuniam, primùm Gabinius, deinde Scaurus, ille ccc. hic quadringenta talenta, hos quoque inimicos ei faciens. qui cùm iussisset eis ad se disceptatorem venire, incunte verè copiis ex hybernis reuocatis in Damascenum agrum profectus est: obitérque arcem in Apamia diruit, quàm Antiochus Cyzicenus munierat: & Ptolemæi Mennæi ditionem considerauit, viri nexij non minus quàm fuerat Dionysius Tripolitanus, qui securi percussus est, affinitate etiam ei coniunctus

mulieris pater fuit Germanicus Imperatoris frater, maritus verò Domitius Ænobarbus vnus ex Romanis illustrioribus: post cuius mortem diu viduam tandem Claudius duxit, adducentem in familiam filium patri cognominem Domitium: priorem autem vxorem Messalinam ob zelotypiam occiderat, matrem communium filiorum Britannici & Octauij. nam Octauiam omnium suorum liberorum natu maximam ex Pætina prima vxore susceperat: quam Neroni collocauit. sic enim nomen priuigno adoptato mutauerat. Agrippina autem verita ne Britannicus adultus à patre acciperet successionem imperij, volénsque principatum suo filio quærere, procurata vt fertur morte Claudij, confestim ad prætorianos milites misit præfectum eorum Burrum cum tribunis & libertorum potentissimis, qui Neronem ad eos perductum Imperatorem consalutarent. At Nero principatum sic adeptus Britannicum clàm veneno sustulit, nec multo pòst Agrippinam matrem suam ferro propalàm, hanc illi gratiam non pro natiuitate solùm referens, verumetiam quòd eius artibus ad imperium prouectus sit. Occidit & vxorem Octauiam, multósque viros illustrissimos, quasi coniuratos in suam perniciem. Sed de his rebus scribere supersedeo. non desunt enim qui res Neronis scripserunt: quorum aliqui in gratiam eius vt bene de se meriti, veritatem neglexerunt: alij indulgentes suis odiis, tam impudentibus mendaciis in eius famam debacchati sunt, vt meritò damnandi sint in historia. quos equidem non miror de Nerone mentitos, quando ne superiorum quidem imperatorum gesta scribentes rationem veritatis habuerunt, quos tanto pòst nati nulla iusta de causa odisse poterant. sed istis veritatis contemptoribus liceat vt libet scribere, quando delectari videntur hac licentia. nos verò quibus propositum est à veritate nusquam discedere, quæ à nostro argumento aliena sunt paucis attingimus: quæ verò nobis Iudæis acciderunt, ea non tanquam obiter tractamus, ne calamitatum quidem ac erratorum commemoratione vitata. Ergo ad res nostras narrandas reuertamur. Primo Neronis principis anno, regi Emesorum Azizo defuncto frater in principatu successit: minoris autem Armeniæ dominium Aristobulus Herodis regis Chalcidis filius à Nerone accepit. Agrippæ quoque idem princeps partem Galilææ, donauit, iubens Tiberiada & Tarichæas patere eius imperio: addita his & Iuliade trans Iordanem sita, agróque eius habitato vicis xiiij.

A πατὴρ μὲν αὐτῇ γερμανικὸς καῖσαρ ἀδελφὸς, αὐτὴ δὲ δομέτιος ἀηνόβαρβος ὁ τῶν ὑπατικῶν καὶ τῶν ῥωμαίων πόλιν. οὗ τελευτήσαντος χηρεύουσαν αὐτὴν ὁ κλαύδιος ἄγει πρὸς γάμον, εἰσαγομένην καὶ παῖδα δομέτιον ἐπώνυμον τῷ πατρί. προαναιρεῖ δὲ τὴν γυναῖκα μεσσαλίναν διὰ ζηλοτυπίαν, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖδες ἐγεγόνεσαν βρεττανικὸς, καὶ ὀκταουία, ἣ καὶ πρεσβυτάτη τῷ ἀδελφῷ ἐκ πατρὸς τῆς πρώτης γυναικὸς εἶχε. καὶ δὴ τὴν ὀκταουίαν ἥρμοσε τῷ νέρωνι. τὸν γὰρ ὕστερον αὐτῷ ἐπάλεσεν εἰσποιησάμενος υἱὸν ὁ καῖσαρ. διδυκῶν δὲ ἀγριππῖνα μὴ ὁ βρεττανικὸς ἀνδρωθεὶς αὐτὸς ἀφέλῃ τὸ παῖδος τὴν ἀρχὴν ἀφαλάβοι, τῷ δὲ αὐτῆς παρασκευάσασα βιλουμῖνα τὴν ἀνεψιάν, τάχιστα μὲν τὸν θάνατον τοῦ κλαυδίου, καθάπερ ἐν λόγῳ, δηλώσαντος, καὶ ἀφανεῖ μηχανῇ πέμψασα τὸν τῶν σρατιωτῶν ἔπαρχον βοῦρρον, καὶ σὺν αὐτῷ τοὺς χιλιάρχους, τῷ τε ἀπελθόντα τοὺς πλείστα δυναμένους ἀπάξοντας εἰς τὴν παρεμβολὴν τὸν νέρωνα, καὶ προσταγορεύσοντας αὐτὸν αὐτοκράτορα. νέρων δὲ τὴν ἀρχὴν ὅτω ἀφαλάβοι, βρεττανικὸν μὲν ἀδίλως τοῖς πολλοῖς αἱρεῖ δὲ φαρμάκων. φανερὰς δὲ ἐκείνης μηχανὰς τὸν μητέρα τὸν ἑαυτοῦ φονεύει, ταύτην ἀμφοῖν ἀποστάσας αὐτῇ, οὐ μόνον τῆς ἡγεμονίας, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκείνης μηχανῆς τὸ ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἀφαλεῖν. κτείνει δὲ καὶ τὴν ὀκταουίαν ἣ σωώκει, πολλοὺς τε ἐπιφανεῖς ἄνδρας ὡς ἐπ' αὐτὸν ἐπιβουλὰς συνῳδότας. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ἐᾶν πλείω γράφειν. πολλοὶ γὰρ τῶν περὶ νέρωνα συνεταξάμενοι ἱστορίαν. ὧν οἱ μὲν, ἡδέως χάριν δοῦναι πεπονθότες ὑπ' αὐτοῦ, τὴν ἀλήθειαν ἐμίλησαν, οἱ δὲ μῖσος, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀπέχθειαν, οὔτε αἰσχυνθῶς ἐπεπαρῴνησαν τοῖς ψεύσμασιν, ὡς ἀξίοις αὐτοῖς εἰς κατηγόσεως. καὶ θαυμάζειν οὐκ ἔστι μοι τοὺς περὶ νέρωνα ψευσαμένους, ὅταν μὲν τὴν περὶ αὐτοῦ γνωμένων γράφοντες τῶν ἀληθειῶν τῆς ἱστορίας τετηρήκασιν, καὶ τοι πρὸς ἐκείνους αὐτοῖς οὐδὲν μῖσος ἦν ἅτε μετ' αὐτοὺς πολλῷ χρόνῳ γνωμένοις. ἀλλὰ δὴ πῶς μὴ οὐ προνοουμένους τῆς ἀληθείας ἐξέστω γράφειν ὡς θέλουσι, τούτῳ δὲ χαίρειν ἐάσαμεν. ἡμεῖς δὲ σκόπον τῶν ἀληθείαν προθέμενοι, τὰ μὲν ἀπηρτημένα δ' προκειμένης ἡμῖν πραγματείας, ἐπὶ ὀλίγον μνήμης ἀξιοῦμεν. τὰ δὲ ἡμῶν τοῖς ἰουδαίοις συμπεσόντα, δηλοῦμεν οὐ παρέργως, μήτε τὰς συμφορὰς μήτε τὰς ἁμαρτίας ἐξεταφεῖν ἀκνοῦντες. ἐπαπέζωπίνων ὅτι τῶν τῆς οἰκείων πραγμάτων διήγησιν. τῷ δὲ πρώτῳ τῆς νέρωνος ἀρχῆς ἔτει τελευτήσαντος τοῦ μέσων βασιλέως ἀζίζου, ἀδελφὸς τὴν ἀρχὴν διαδέχεται. τῶν δὲ τῆς μικρᾶς ἀρμενίας πραγμάτων, ἀριστόβουλος ἡρῴδου τῆς χαλκίδος βασιλέως παῖς, ὑπὸ νέρωνος ἐγχειρίζεται. τῷ δὲ ἀγρίππᾳ δωρεῖται μέρα τινὰ τῆς γαλιλαίας ὁ καῖσαρ, τιβεριάδα καὶ ταριχέας ὑπακούειν αὐτῷ καλύσας. δίδωσι δὲ καὶ ἰουλιάδα πόλιν τῆς περαίας, καὶ κώμας τὰς περὶ αὐτὴν ἰουσαπεσκαίδεκα.

XI.

B

C

D

E

F

CAP. VI.

Gesta Felicis Iudææ præsidis.

CÆTERVM Iudææ res prolabebantur vsque in deterius. tota enim referta erat latronum receptaculis, & magicis præstigiatoribus imperitique vulgi seductoribus. quorum multos, sicut & latrones, Felix

Κεφάλαιον ς'.

Περὶ τοῦ φήλικος πραξέων.

ΤΑ δὲ κατὰ τοὺς ἰουδαίους πράγματα πρὸς τὸ χεῖρον ἀεὶ τὴν ὄπισθεν ἐλάμβανε. λῃστηρίων γὰρ πάλιν ἀνεπλήσθη, καὶ γόητων ἀπατεώνων οἱ τὸν ὄχλον ἦπάτων. ἀλλὰ τούτους μὲν ὁ φῆλιξ πολλοὺς καθ'

καθ' ἑκάστην ἡμέραν συλλαμβάνων τοὺς λῃστὰς λαμβάνων, αἰτή- A
ρει, καὶ ἐλεάζαρον τὸν Δοναίου παῖδα, τὸν συνηθροικότα τὸν
λῃστῶν τὸ στράτευμα, δι' ἐνέδρας εἰλεζάντα. πίστιν γὰρ
αὐτῷ παρασκευάσας ὡς μηδὲν πείσεσθαι κακὸν, πείθει
πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι, καὶ δήσας, ἀνέπεμψεν εἰς ῥώμην.
ἔσχε δὲ ἀπέχθειαν πρὸς τὸν ἀρχιερέα τὸν Ἰωνάθην ὁ φῆλιξ
διά τι πολλάκις ὑπ' αὐτοῦ νουθετούμενος περὶ τῶν κρειττόνων
πρασσόντων καὶ τῶν Ἰουδαίων πραγμάτων, μή τι μέμψιν
αὐτὸς ὀφλοίη παρὰ τοῖς πλήθεσιν αἰτησάμενος ἐκεῖ- B
νον παρὰ Καίσαρος πεμφθῆναι τῶν Ἰουδαίων ἐπίτροπον,
πρόφασιν ἐποιεῖτο δι' ἧς μεταστήσεται τὸν συνεχῶς ὀχλη-
ρὸν αὐτῷ γινόμενον. βαρὺ γὰρ τοῖς ἀδικεῖν ἐθέλουσι, τὸ
συνεχῶς νουθετεῖσθαι. καὶ δὴ διὰ τοιαύτης αἰτίας ὁ φῆλιξ τὸν
πιστότατον τῷ Ἰωνάθῃ φίλων, Ἱεροσολυμίτην τὸ γένος,
Δῶρα ὀνόματι, πείθει χρήματα δόσῃ ὑπισχνούμε-
νος, ἐπαγαγεῖν τῷ Ἰωνάθῃ τοὺς λῃστὰς ἀναιρήσοντας.
καὶ ἐκεῖνος ὑπακούσας ἐμηχανήσατο δὴ τῷ λῃστῶν
προσελθεῖν τοιούτῳ τρόπῳ τὸν φόνον. ἀνέβησάν τινες C
αὐτῶν εἰς τὴν πόλιν, ὡς προσκυνήσοντες τὸν θεὸν,
ἔχοντες τὰς ἐσθῆτας ὑπὸ τοῖς ξιφιδίοις, καὶ συναναμιχθέ-
ντες τῷ Ἰωνάθῃ, κτείνουσιν αὐτόν. ἀνεκδίκητον δὲ τὸ
φόνευμα μεμνηκότος, μή πασῶν τῶν λοιπῶν ἀδικίας ἀνα-
βαίνοντες ἐν ταῖς ἑορταῖς οἱ λῃσταὶ, καὶ τὸν σίδηρον
ὁμοίως κεκρυμμένον ἔχοντες, συναναμιγνύμενοι τοῖς
πλήθεσιν, ἀνῄρουν μέν τινας ἐαυτῷ ἐχθροὺς, οἷς ὑπὸ
χρήμασιν ἄλλοις ὑπηρετοῦντες, οὐ μόνον κατὰ τὴν ἄλ- D
λην πόλιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν ἱερὸν οἶκον. καὶ γὰρ ἐκεῖ
σφάττειν ἐτόλμων, οὐδὲν ἐν τούτῳ δοκοῦντες ἀσε-
βεῖν. διὰ τοῦτο οἶμαι καὶ τὸν θεὸν μισήσαντα τὴν ἀσέ-
βειαν αὐτῶν ἀποστραφῆναι μὲν ἡμᾶς τὴν πόλιν, τὸ δὲ
ἱερὸν, οὐκέτι καθαρὸν οἰκητήριον αὐτὸν κρίναντα, ῥω-
μαίους ἐπαγαγεῖν ἡμῖν, καὶ τῇ πόλει καθάρσιον πῦρ, καὶ
δουλείαν ὑπενεγκεῖν σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, σωφρο-
νῆσαι τε συμφοραῖς βουλόμενον ἡμᾶς. τὰ μὲν οὖν τῶν λῃ- E
στῶν ἔργα, τοιαύτης ἀσεβείας ἐπλήρου τὴν πόλιν. οἱ
δὲ γόητες, καὶ ἀπατεῶνες αὐθέκαστοι τὸν ὄχλον ἔπειθον
αὐτοῖς εἰς τὴν ἐρημίαν ἕπεσθαι. δήλωσιν γὰρ ἔφασαν
ἔσεσθαι τέρατα καὶ σημεῖα καὶ τοῦ θεοῦ προνοίαν
γινόμενα καὶ πολλοὶ πειθόμενοι, τὴν ἀφροσύνης τιμω-
ρίαν ὑπέσχον. ἀναβιβάσας γὰρ αὐτοὺς φῆλιξ ἐκέλευσεν.
ἀρχὴν δέ τις ἐξ αἰγύπτου καὶ τοῦτον τὸν καιρὸν εἰς
τὰ ἱεροσόλυμα, προφήτης εἶναι λέγων, καὶ συμβαλλόμε-
νος τῷ δημοτικῷ πλήθει σὺν αὐτῷ πρὸς ὄρος τὸ προσα- F
γορευόμενον ἐλαιῶν ἔρκεσθαι, ὃ καὶ τῆς πόλεως αὐτο-
κρὰς κείμενον ἀπέχει σταδίους πέντε. θέλειν γὰρ αὐτοῖς
ἐκεῖθεν δεικνύειν, ὡς κελεύσαντος αὐτῷ, πίπτει τὰ
τῶν ἱεροσολυμιτῶν τείχη, δι' ὧν τὴν εἴσοδον αὐτοῖς
παρέξειν ἐπηγγέλλετο. φῆλιξ δὲ ὡς ἐπύθετο ταῦτα,
κελεύει τοὺς στρατιώτας ἀναλαβεῖν τὰ ὅπλα, καὶ μετὰ πολ-
λῆς ἱππασίας τε καὶ πεζῶν ὁρμήσας ἀπὸ τοῦ ἱεροσολυ-
μιτῶν, προσβάλλει τοῖς περὶ τὸν αἰγύπτιον, καὶ τετρακο-
σίους μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε. διακοσίους δὲ ζωγρήσας ἔλαβεν, G
ὁ δὲ αἰγύπτιος αὐτὸς διαδράσας οὐκ ἐν μάχῃ ἀφανὴς
ἐγένετο. πάλιν δὲ οἱ λῃσταὶ τὸν δῆμον εἰς τὸν πρὸς ῥω-
μαίους πόλεμον παρώρμιζον, μηδὲν ὑπακούειν αὐτοῖς λέ-

quotidie comprehenſos afficiebat ſuppliciis: & in his Eleazarum Dinæi filium, qui non mediocrem latronum globum circa ſe habebat, dolo viuum in poteſtatem ſuam redegit: data enim ei fide quòd nihil mali eſſet paſſurus, perſuaſit vt ad ſe veniret: móxque vinctum Romam tranſmiſit. cúmque odio proſequeretur Ionatham ſummum pontificem, vt admonitus ab eo ſæpè de adminiſtrandis meliùs rebus Iudaicis, ne omnium erratorum inuidia publica in ipſum recideret, ad cuius preces Cæſar hunc procuratorem miſerat, rationem excogitauit qua liberaretur ab eius moleſtis interpellationibus. Graue enim eſt nocendi cupidis ſi admoneantur crebriùs. Qua de cauſa Felix amicum Ionathæ fidiſſimum Doram Hieroſolymitam genere induxit promiſſa pecunia, vt ſicarios ipſi pontifici immitteret: quod ille in gratiam præſidis perfecit his artibus. Quidam quaſi religionis ergò in vrbem aſcenderunt ſicis clàm ſuccincti ſub veſtibus, qui permixti Ionathæ famulicio peremerunt hominem. cuius facinoris quia nemo vltor extitit, inuitati hac licentia ſicarij per ſingula feſta ventitantes, & tela celantes pari modo immixti turbis, alios confodiebant propter priuatas inimicitias, alios conducti pecunia, idque non modò in reliquis vrbis partibus, ſed in ipſo templo etiam. nam & ibi interdum auſi ſunt cædes patrare, ac ſi nihil hoc modo pietatem læderent. vnde fas eſt credere Deum tanta impietate offenſum auerſatum eſſe Hieroſolyma: templóque vt non amplius puro domicilio Romanos induxiſſe purificaturos id flãmis luſtralibus: gentíque cum liberis ſimul & vxoribus ſeruitutis iugum impoſuiſſe, quò caſtigatiores redderentur hoc infortunio. Et vrbs quidem talibus inceſtabatur latrociniis. Impoſtores autem & magi turbas illectas poſt ſe trahebant in ſolitudines, pollicentes ſe diuinitus oſtenſuros eis clariſſima ſigna & prodigia: perſuaſáque multitudo mox pœnas luit dementiæ. retractos enim eos Felix neci dedidit. Eodem tempore quidam ex Ægypto ve- XII.
nit Hieroſolyma vatem ſe eſſe profitens & plebi ſuadens vt ſecuta ſe in montem Olueti aſcenderet, qui è regione vrbis ad quintum abeſt ſtadium: illic enim viſuros ſuo iuſſu cadere Hieroſolymorum mœnia, ita vt per eorum ruinas aditus in ciuitatem pateat. Quo cognito Felix iubet milites arma ſumere: ſtipatúſque multis equitibus ac peditibus erumpens inuadit turbam ſeductam ab Ægyptio: quorum quadringentis occiſis, ducentos viuos cepit: Ægyptius ipſe pugna elapſus diſparuit. Poſt hæc latrones rurſum ad rebellandum Romanis incitabant populum, dictitantes excutiendum illorum imperium, & non aſſentientium vicos direptos abſumebant incendiis. Apud Cæſaream quoque inter XIII.
Iudæos habitatores & Syros de pari iure ciuitatis rixa exorta eſt. nam Iudæi potiore conditione volebant eſſe, quòd vrbis eius conditor Herodes rex fuerit Iudæus genere: id Syri nõ

λοντες, καὶ τὰς τῶν ἀπειθούντων κώμας ἐμπιπρασῶντες διήρπαζον. χρεὼν δὲ καὶ τῶν καισάρειαν οἰκούντων
Ἰουδαίων, στάσις πρὸς τοὺς ἐν αὐτῇ σύροις περὶ ἰσοπολιτείας. οἱ μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι, πρωτεύειν ἠξίουν, διὰ
τὸν κτίσαντα τῆς καισαρείας ἡρῴδην αὐτῶν βασιλέα γεγονέναι τὸ γένος Ἰουδαῖον. σύροι δὲ τὰ μὲν

inficiabantur quidem, sed aiebant vrbem turrim Stratonis dictam à principio, quo tempore nullum Iudæum habitasse inibi. Quæ res pòst peruenit ad cognitionem præsidum, correptísque ex vtraque parte tumultus autoribus affecerunt eos verberibus, atque hoc modo seditionem compressérunt aliquandiu. rursum enim oppidani Iudæi freti diuitiis per contumeliam Syros lacessebant conuitio. qui tãctsi inferiores quod ad facultates attinet, ferocientes tamen eo quòd plurimi Romanis per ea loca militantium Cæsarienses essent & Sebasteni patria, aliquantisper & ipsi regerebant in Iudæos conuitia. deinde ad lapides ventum est, ita vt multi vtrinque vel saucia-rentur vel caderent. pænes Iudæos tamen fuit victoria. Felix autem vt vidit contentionem progressam vsque ad belli speciem, prosiliens rogabat Iudæos vt desinerent: quibus non parentibus immisit armatos milites: multísque cæsis, plures captiuos fecit: & multas eorum domos diuitiis refertas in prędam concessit militibus. Iudæorum verò honoratiores ac modestiores sibiipsis timentes rogauerunt Felicem vt militibus receptui caneret, parcerétque iam, & resipiscendi facultatem concederet: id quod præses indulsit eorum precibus. Per idem tempus Agrippa rex summum sacerdotium Ismaëli contulit Phabæi filio: & ipsi summi pontifices dissidere cœperunt à sacerdotibus & primatibus Hierosolymitanorum ciuium, singuliq; incedebant stipati manu audacissimorum & seditiosorum hominum, cõflictantésque inter se mutuis certabant conuitiis & lapidationibus: nec erat qui compesceret, quasi vacante vrbe magistratibus. Intantum autem exarsit summorum pontificum impudentia, vt auderent seruos suos in areas mittere, qui auferrent debitas sacerdotibus decimas, aliquótque pauperiores è sacerdotum ordine alimentorum inopia fame deficerent. Tanto plus tum pollebat violentia seditiosorum quàm iustitia.

CAP. VII.

De procuratore Porcio Festo, & de sicariis.

CÆterùm postquàm Felici successor Porcius Festus à Nerone missus est, primores Iudæorum Cæsaream incolentium Romam profecti sunt Felicem accusaturi: dedissétque omnino pœnas iniuriarum quibus Iudæos affecerat, nisi Nero eum donasset Pallantis fratris precibus, qui tum in precio erat
XIV. apud principem. Cæsariensium etiam Syrorum duo præcipui, Beryllum qui pædagogus Neronis fuerat, tunc verò Græcis epistolis scribendis præerat, magna pecunia corruperũt vt impetraret ab imperatore literas, quibus abrogaretur Iudæis eius ciuitatis ius, hactenus commune ex æquo cum Syris cohabitatoribus: id quod ille facilè obtinuit. ex his literis postea calamitatũ nostrarũ omniũ causæ ortæ fũt. Iudęi enim Cęsariẽses vbi cognouerũt quę scripta sunt, magis etiã perstabãt in seditionib,

δεὶ τ ἡγεμόνην, ὑμολόγιον, ἔφασαν ἢ τ ἡμισαρίαν, στράτωνος πύργον τὸ πρότερον καλεῖσθ, ἢ τότε μηδένα γεγονέναι τῆς πόλεως τῆδε ἰουδαίων οἰκήτορα. ταῦτα ἀκούσαντες οἱ τ χώρας ἔπαρχοι, λαβόντες ἀμφοτέρωθεν τοὺς αἰτίους τῆς στάσεως, πληγαῖς ἠκίσαντο, καὶ τὴν ταραχὴν οὕτω κατέσειλαν πρὸς ὀλίγον. πάλιν γὰρ οἱ κτ τὴν πόλιν ἰουδαῖοι τῷ πλούτῳ θαῤῥοῦντες, καὶ δι᾽ τοῦτο καταφρονοῦντες τῆς σύριον, ἐβλασφήμουν εἰς αὐτοὺς ἐρεθίσαι προσδοκῶντες. οἱ ἢ χρήμασι μὲν ἠτιμώμενοι, μέγα ἢ φρονοῦντες ὅτι τῷ τοὺς πλείστους τ ὑπὸ ῥωμαίοις ἐκεῖσε στρατευομένων καισαρεῖς εἶ), καὶ σεβασηνοὺς, μέχρι μέν τινος, καὶ αὐτοὶ τοὺς ἰουδαίους λόγῳ ὕβριζον. εἶτα λίθοις ἀλλήλους ἔβαλλον, ἕως πολλοὺς ἑκατέρους ἔκωθήναι τε καὶ πεσεῖν συνέβη, νικῶσι γε μὲν ἰουδαῖοι. φῆλιξ ἢ ὡς ἐθεάσατο φιλονεικίαν ἐν πολέμου ἔτι ὥρᾳ γινομένην, προπηδήσας, παύειν τοὺς ἰουδαίους παρεκάλει. μὴ πειθομένοις δέ, τοὺς στρατιώτας ὁπλίσας ἐπαφίησι. καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε, πλείους δὲ ζῶντας ἔλαβεν, οἰκίας δὲ πολλὰς τῶν ἐν τῇ πόλει πολλῶν πάνυ χρημάτων γεμούσας διαρπάζειν ἐφῆκεν τοῖς στρατιώταις. οἱ δὲ τῶν ἰουδαίων ὑπερεπέστεροι, καὶ προσεύχοντες κτ τὸν ἀξίωσιν δέξασθαι πρὸς ἑαυτόν, παρεκάλουν τὸν φῆλικα τοὺς στρατιώτας ἀνακαλέσασθαι τῇ σάλπιγγι, καὶ φείσασθαι τὸ λοιπὸν αὐτῶν, δουναί τε μετάνοιαν ὑπὲρ τοῖς πεπραγμένοις, καὶ φῆλιξ ἐπείσθη. κτ τέτον τὸν καιρὸν ὁ βασιλεὺς ἀφελόμενος δι᾽ ὀλίγου τὴν ἀρχιερωσύνην ἰσμαήλῳ, φαβεῖ παῖς ὄντι τῷ. ἐξάπιναι δὲ καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσι τοῖς πρὸς τοὺς ἱερεῖς, καὶ τοὺς πρώτους τὸ πλῆθος τῆδε ἱεροσολυμιτῶν, ἕκαστός τε αὐτῶν ἴσος ἀθρόων τῆδε θρασυτάτων καὶ νεωτερισῶν ἑαυτῷ πείσας, ἠγεμὼν ἴῳ. καὶ συῤῥάσσοντες, συνακολούθουν τε ἀλλήλοις, καὶ λίθοις ἔβαλλον. ὁ δὲ ὄχλος ἰῳ οὐδεὶς, ἀλλ᾽ ὡς ἐν ἀπροστατεύτῳ πόλει, ταῦτα ἐποίουν μετ᾽ ἐξουσίας. τοσαύτη δὲ τοῖς ἀρχιερεῦσι κατέλαβε θράσος καὶ τόλμα, ὥς τε καὶ πέμπειν δούλους ἐτόλμων ὅτι τὰς ἅλωνας τοὺς ληψομένους τὰς τοῖς ἱερεῦσιν ὀφειλομένας δεκάτας, καὶ συνέβαινε τοὺς ἀπορουμένους τῆδε ἱερέων ὑπ᾽ ἐνδείας τελευτᾶν. οὕτως ἐκράτει τὰ δικαίου παντὸς ἡ τῆδε τασιαζόντων βία.

Κεφάλαιον ζ.

Περὶ πορκίᾳ φήστου διατρόπε, καὶ σικαρίων.

ΠΟρκίᾳ ἢ φήστῳ διαδόχῳ φήλικι πεμφθέντος ὑπὸ νέρωνος, οἱ πρωτεύοντες τῆδε τὸν καισάρειαν κατοικούντων ἰουδαίων, εἰς τὸν ῥώμην ἀναβαίνουσι, φήλικος κατηγορεῦντες. καὶ πάντας ἂν ἐδεδώκει τιμωρίαν τῆδε εἰς ἰουδαίους ἀδικημάτων, εἰ μὴ πολλὰ αὐτὸν ὁ νέρων τὰ δελφὰ παλλαντι ἐδεήθησαν συνεχώρησε, μάλιστα δὲ τότε δεῖ τιμῆς ἔχων σενέκαν. καὶ τῆδε ἐν τῇ καισαρείᾳ δὲ οἱ πρῶτοι δύο σύροι, βήρυλλον, παιδαγωγὸς δὲ οὗτος ἰῷ τὸν νέρωνα, τάξιν τὸν ὅτι τῆδε ἑλληνικῶν ἐπιστολῶν πεπιστευμένος, πείθουσιν πολλοῖς χρήμασιν αἰτήσασθαι ἐδὲ τὸν νέρωνα αὐτοῖς ἐπιστολὰς ἀνυποῦσαν τῷ ἰουδαίων πρὸς αὐτοὺς ἰσοπολιτείαν. ὁ βήρυλλος τ αὐτοκράτορα ἐδεήθησαι ἐπὶ τύχῃ γράφηναι τ ἐπιστολήν. αὐτὸν τῆδε ἕθνη ἡμῶν τ μὴ ταῦτα κακῶν τὰς αἰτίας παρέχειν. πολὺ μᾶλλοι γὰρ οἱ κτ τ καισάρειαν ἰουδαῖοι τὰ γραφέντα πρὸς τοὺς σύρους, στάσεως μᾶλλον εἶχοντο, μέχρι

μέχρι δὴ τὸν πόλεμον ἐξῆψαν. ἀτικομβύσι δὲ εἰς τὴν A
ἰουδαίαν φῆστος, συνέβαινε τὴν ἰουδαίαν ὑπὸ τῶν λῃστῶν
κακοῦσθαι, τῶν κωμῶν ἁπασῶν ἐμπιπραμένων τε καὶ
διαρπαζομένων. καὶ οἱ σικάριοι δὲ καλούμενοι, λῃ-
σταὶ δέ εἰσιν ὅσοι, τότε μάλιστα ἐπλήθυνον χρώμενοι
ξιφιδίοις ὁμοίοις μὲν τοῖς τῶν περσῶν ἀκινάκαις, βραχυτέροις
δὲ καὶ μικροῖς τὸ μέγεθος τοῖς τῶν ῥωμαίων σίκαις καλουμένοις ἀφ' ὧν καὶ τοὺς
ληστεύοντας οἱ σικάριοι ἔλαθον πολλοὺς ἀναι- B
ρουντες. αἱ ἀμυνόμενοι γὰρ ἐν ταῖς ἑορταῖς, καθὼς
καὶ τὸ πρότερον εἰρήκαμεν, τῷ πλήθει, παντοχόθεν εἰς
τὴν πόλιν ὄντι τὴν διάνοιαν συῤῥέοντες, οἷς βούλη-
θεὶς ῥᾳδίως ἀπέφαινον. πολλάκις δὲ καὶ μεθ' ὅπλων,
ὅτε τοὺς κώμας τῶν ἐχθρῶν ἀφικόμενοι, διήρπαζον, ἐ
ἐνεπίμπρασαν. πέμπει ὁ φῆστος δύναμιν ἱππικήν τε
καὶ πεζικὴν ὅτι τοὺς ἀπατηθέντας ὑπό τινος αἰθερ-
πίνου γόητος, σωτηρίαν αὐτοῖς ἐπαγγελλομένου, καὶ παύ-
λαν κακῶν εἰ βούλοιτο ἕπεσθαι μέχρι τῆς ἐρημίας C
αὐτῷ. καὶ αὐτόν τε ἐκέλευσε τὸν ἀπατήσαντα, καὶ τοὺς
ἀκολουθήσαντας διέφθειραν οἱ πεμφθέντες. κτίσῃ δὲ τὸν
χωρίον τοῦτον, ὁ βασιλεὺς ἀγρίππας ὠκοδομήσατο
μεγέθει διάφορον οἴκημα ἐν τῷ βασιλείῳ ἐν ἱερο-
σολύμοις, πλησίον τοῦ ξυστοῦ. τότε βασιλέως ἐγένετο ἐν
τῷ ἀναβαθμῷ παῤῥησία, ἐξ ὑψηλοῦ ὄντος τόπου
κείμενον τοῖς κατοπτεύειν ἄνω αὐτὰ βουλομένοις τὴν
πόλιν ὅλην τέρψεσάτην παρεῖχε τοῖς θέαις, ἧς ἐρίμνους D
ὁ βασιλεὺς ἐκεῖθεν ἀνέωξε καταβεβλημένου τὰ κτίσῃ τὸ
ἱερὸν περιεστῶτα. ταῦτα ὁρασάμενοι τῶν ἱεροσολυ-
μιτῶν οἱ πρῶτοντες, δεινὰς ἐκαλέπαινον. ἐ γὰρ νόμον ἐστὶν
ἡμῖν, τὰ κτίσῃ τὸ ἱερὸν ὁρώμενα κατο-
πτεύεσθαι, ἢ μάλιστα τὰς ἱερουργίας. τοίνυν οὐκ ἐμέ-
μεσυσιν ὅτι τῆς ἐξέδρας ὑψηλοτέρου, ἥτις ἦν ἐν τῷ ἔσω-
θεν ἱερῷ τετραμμένη πρὸς δύσιν. ἐ μὴν ὁ βασι- E
λικὸς ἑκατόνταρχος τὸ ἄπωθεν ὄντι οἰκοδομηθεὶς ἀπετέμ-
νετο, ἀλλὰ καὶ τῆς δυτικῆς στοᾶς τῆς κτίσῃ τὸ ἱερὸν ἔξω-
θεν ὕσης, ἔνθα τὰς φυλακὰς οἱ ῥωμαῖοι ταῖς ἑορταῖς
ἐποιοῦντο ὑπὲρ τὸ ἱερόν. ὅτι τύτοις κατανάκησαν ὅτε
βασιλεὺς ἀγρίππας, μάλιστα ὁ φῆστος ὁ ἔπαρχος, ἐ
προστάξειν αὐτοῖς καθῆκεν. οἱ δὲ παρεκάλεσαν ὑπὲρ
ἐξουσίας αὐτοῖς δοῦναι πρεσβεύσαι περὶ τούτου πρὸς νέ-
ρωνα, ζημίαν γὰρ οὐχ ὑποίσειν καθαιρεθέντος τινὸς μέ-
ρους τοῦ ἱεροῦ. συγχωρήσαντος δὲ τοῦ φήστου, πέμπουσιν
ὑπ' αὐτοῦ πρὸς νέρωνα τοὺς πρώτους δέκα, καὶ ἰσμάηλον
τὸν ἀρχιερέα, καὶ ἑλκίαν τὸν γαζοφύλακα. νέρων
δὲ δεξάμενος αὐτοῦ, οὐ μόνον συνέγνω περὶ τῶν πεπραγ-
μένων, ἀλλὰ καὶ συνεχώρησεν ὅπως ἐᾶν τὴν οἰκοδο-
μίαν, τῇ γυναικὶ ποππαίᾳ, θεοσεβὴς γὰρ ἦν, ὡσεὶ τῶν
ἰουδαίων δεησομένῃ χαριζόμενος, ἢ τοῖς μὲν δέκα
προστάξειν ἀπέκτειναι, τὸν δὲ ἑλκίαν, καὶ τὸν ἰσμάηλον
ὁμηρεύσαντας παρ' ἑαυτῇ κατέσχεν. ὁ δὲ βασιλεὺς
ταῦτα ὡς ἐπύθετο, δίδωσι τὴν ἀρχιεροσύνην ἰωσή-
πῳ τῷ σίμωνος παιδὶ ἀρχιερέως, ὃν καλεῖμεν
δὲ καβεῖ.

Κεφάλαιον η'.

Περὶ ἀλβίνου ἐπάρχου.

donec initium belli conflatum est. Cùm au- A
tem venisset in Iudaam Festus, offendit totam
afflictam à latronibus vicos passim populantibus,
quorum ferocissimi appellati sicarij. tunc
ad maximum numerum excrescebant, vtentes
gladiolis instar acinacis Persici, incuruis, qua-
les sicas Romani nominant, vnde latronibus
ipsis cognomen est inditum, multorum cæde
infamibus: qui, vt iam dictum est, festis diebus
admixti turbæ vndique in vrbem confluenti
religionis gratia, nullo negotio quotquot col- B
libuisset tollebant de medio. aliquando etiam
armati inuadebant inimicorum vicos, direp-
tósque tradebant incendio. Festus autem e-
questres & pedestres copias misit contra quen-
dam impostorem magum, qui homines post se
trahebat in solitudinem, deceptos vanis pro-
missis, quasi ope eius incolumes euasuri essent
à malis omnibus, hi vniuersi vnà cum sedu-
ctore ab immissis militibus oppressi sunt. Eo- XV.
dem tempore Agrippa rex extruxit insigni C
amplitudine domum prope porticum in regia
Hierosolymitana, quæ Asamonæorum fuerat, sitam in edito loco, vnde amœnissimus pro-
spectus patebat contemplari vrbem volenti-
bus, cuius voluptatis rex cupidus è cubiculo
spectabat quicquid circa templum fieret. id vi-
derunt Hierosolymitani proceres, tule-
runt indignissimè. neq; enim leges nostræ con-
cedunt spectari quid agatur in templo, præser- D
tim sacrificia. quamobrem altum parietem ex-
citauerunt supra exhedram, quæ erat in inte-
riore templo versa ad solem occiduum. hæc
non solùm regij triclinij prospectum arcebat
opposita, verumetiam occidentalis extra tem-
plum sitæ porticus, vbi festis diebus Romani
stationes habebant ad templi custodiam. quo
facto tam rex offensus est quàm Festus præses
prouinciæ, qui etiam iussit parietem dirui. ci-
ues autem rogauerunt, vt liceret sibi legatos
ea de re ad Neronem mittere, negãtes se pos- E
se viuere, si quid demoliretur de templi ædifi-
ciis. quo impetrato miserunt ad imperato-
rem decem ciues eximios, & Ismaëlem sum-
mum pontificem, & Chelciam custodem sa-
cri ærarij. Qui audita legatione non solùm i-
gnouit, sed permisit etiam sic manere pariе-
tem, gratificatus in hoc vxori suæ Poppeæ piæ
fœminæ, quæ pro Iudæis deprecatrix fuerat:
quæ decem illos viros redire permisit, Chel-
ciam verò & Ismaëlem apud se detinuit tan-
quam obsides. Id postquam Agrippa resci- F
uit, pontificatum detulit Iosepho cognomi-
ne Cabi, Simonis quondam summi pontificis
filio.

Cap. VIII.

De procuratore Albino.

Cæsar autem de Festi morte accepto nun-
cio Albinum in Iudæam misit præsidem.
Rex verò Iosepho iusso priuatam vitam agere,
sacerdotium eius dedit Anani filio, & ipsi vo-
cato Anano eodem quo pater nomine. Senio- G
rem istũ Ananũ aiunt fuisse omniũ felicissimũ,

Πέμπει δὲ καῖσαρ ἀλβῖνον εἰς τὴν ἰουδαίαν ἔπαρχον, φήστου τὸν τελευτὸν βιώσαντος. ὁ δὲ
βασιλεὺς, ἀφείλετο μὲν τὸν ἰώσηπον τὴν ἱερωσύνην, τῷ δὲ αἰσαίνου παιδὶ, καὶ αὐτῷ ἀνέ-
νου λεγομένῳ τὴν διατροχὴν τὴν ἀρχῆς ἔδωκε, τοῦτον δὲ φασὶ τὸν τριστοῦ τὸν ἄνανον, δικαιότατον γεγονέναι

vt qui filios habuerit quinque, omnes potitos summi Dei pontificio, cùm priùs ipse ad satietatem hac dignitate esset perfunctus: quod ad eam ætatem nulli antè summorum pontificum contigerat. Iunior autem Ananus, is quem nunc summum pontificatum accepisse diximus, audax erat & ferox ingenio, secta Sadducæus, quod hominum genus apud Iudæos in iudicando est seueriſſimum, vt antè docuimus. Talis igitur cùm esset, tempus opportunum se nactum ratus, mortuo Festo, Albino adhuc agente in itinere, concilium iudicum aduocat: statutúmque coram eo fratrem Iesu Christi Iacobum nomine, & vnà quosdam alios, reos impietatis peractos lapidandos tradidit: quod factum omnibus in ea ciuitate bonis & legum studioſis vehementer displicuit: missíſque ad regem clàm nunciis rogauerunt mandaret Anano, ne quid tale posthac ageret. nam ne nunc quidem rectè egisse. Quidam etiam Albino occurrentes venienti ab Alexandria, docuerunt eum non licuisse Anano sine ipsius consensu aduocare concilium. horum verbis ille persuasus iracundè scripsit pontifici, daturum sibi pœnas minitans: & Agrippa rex eam ob causam post tertium mensem ablatum ab eo pontificatum Iesu Damnæi filio concessit. Albinus porrò, vt venit Hierosolyma, omnem curam & diligentiam adhibuit, vt pacaret prouinciam, interfectis multis sicariis. Ananias autem pontifex indies apud populum celebrior fiebat & carior, honorabatúrque ob liberalitatem ab omnibus: quotidieque Albinum donis venerabatur & summum pontificem. Sed habebat seruos pessimos, qui adiuncto sibi audacissimo quoque obeuntes areas, vi auferebant sacerdotum decimas, pulsantes eos, qui cunctarentur reddere. alij quoque pontifices faciebant similia, nemine valente compescere: multíque sacerdotum quibus antè ex decimis alimenta fuerant, tunc absumebantur inedia. At sicarij die festo qui tum superuenerat noctu vrbem ingressi viuum ceperunt scribam ducis Eleazari. is erat Ananiæ pontificis filius. hunc vinctum abduxerunt, ac deinde miserunt Ananiam, qui eorum nomine promitteret scribam dimittendum, si pater Albino persuaderet, vt ex eorum numero decem captiuos solueret: tum Ananias vrgente necessitate ab Albino impetrauit, quæ latrones illi postulauerant, id quod maiorum calamitatum fuit initium. Latrones enim semper aliquam artem comminiscebantur, qua ex Ananiæ cognatis quempiam interciperent, nec priùs dimittebant, quàm è suis aliquot reciperent auctíque denuo magno numero, & recepta audacia, totam eam regionem vastabant. Hoc tempore Agrippa rex prolatis pomœriis Cæsareæ quæ Philippi dicitur, mutato nomine in Neronis honorem vocauit eam Neroniada: & theatrum apud Berytios impendiis magnis exædificatum ornauit spectaculis annuis, assignata in eũ vsũ ingenti vi pecuniæ. Frumẽtum enim donauit

XVI.

A πάντ' ἔχειν παῖδας, καὶ τούτους πάντας συνιέναι ἀρχιερατεύσαντι τῷ θεῷ. αὐτὸς γὰρ ἐφ' ἕτερος τὴν τιμῆς ὅπερ πολέμου σὺν δόλοις ἀπολαύσας, ὅπερ οὐδενὶ συνέβη τῶν παρ' ἡμῖν ἀρχιερέων. ὁ δὲ νεώτερος Ἄνανος, ὃν τὴν ἀρχιερωσύνην ἐφάμην παραληφέναι, θρασὺν μὲν τὸν τρόπον, καὶ τολμητὴς ἐξαφεθέντες. αἵρεσιν δὲ μετήει τὴν Σαδδουκαίων, οἵπερ εἰσὶ περὶ τὰς κρίσεις ὠμοὶ παρὰ πάντας τοὺς Ἰουδαίους, καθὼς ἤδη δεδηλώκαμεν. ἅτε δὴ οὖν τοιοῦτος ὢν ὁ Ἄνανος, νομίσας ἔχειν καιρὸν ὅτι τεθνᾶναι μὲν Φῆστον, Ἀλβῖνον δὲ ἔτι κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπάρχειν, καθίζει συνέδριον κριτῶν. καὶ παραγαγὼν εἰς αὐτὸ τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου χριστοῦ, Ἰάκωβος ὄνομα αὐτῷ, καί τινας ἑτέρους, ὡς παρανομησάντων κατηγορίαν ποιησάμενος, παρέδωκε λευσθησομένους. ὅσοι δὲ ἐδόκουν ἐπιεικέστατοι τῶν κατὰ τὴν πόλιν εἶναι, καὶ περὶ τοὺς νόμους ἀκριβεῖς, βαρέως ἤνεγκαν ἐπὶ τούτῳ, καὶ πέμπουσιν πρὸς τὸν βασιλέα κρύφα παρακαλοῦντες αὐτὸν ἐπιστεῖλαι τῷ Ἀνάνῳ, μηκέτι τοιαῦτα πράσσειν. μηδὲ γὰρ τὸ πρῶτον ὀρθῶς αὐτὸν πεποιηκέναι. τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ τὸν Ἀλβῖνον ὑπαντιάζουσιν ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας ὁδοιποροῦντα, καὶ διδάσκουσιν ὡς οὐκ ἐξὸν ἦν αὐτῷ, χωρὶς τοῦ ἐκείνου γνώμης καθίσαι συνέδριον. Ἀλβῖνος δὲ πεισθεὶς τοῖς λεγομένοις γράφει μετ' ὀργῆς τῷ Ἀνάνῳ, λήψεσθαι παρ' αὐτοῦ δίκας ἀπειλῶν. καὶ ὁ βασιλεὺς ἀφείλετο διὰ τοῦτο τὴν ἀρχιερωσύνην αὐτὸν ἀφ' οὗπερ μόλις ἓξ μῆνας τὸν τοῦ Δαμναίου κατέστησεν. ἐπειδὴ δὲ ἦκεν ὁ Ἀλβῖνος εἰς τὴν Ἱεροσολυμιτῶν πόλιν, πᾶσαν εἰσενέγκατο σπουδὴν καὶ φρόνησιν, ὥστε τοῦ τόπου κρατῆσαι, πολλοὺς τῶν σικαρίων δεσμοφόρας. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς Ἀνανίας, καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ὅτι μέγα φρονῶν παρρησίᾳ δόξης, καὶ τὰ παρὰ τῶν πολιτῶν δυνάμεις τε καὶ τιμὰς ἠξιοῦτο λαμπρὰς, ἦν γὰρ χρημάτων πορισμός. καθ' ἡμέραν οὖν τὸν Ἀλβῖνον, καὶ τὸν ἀρχιερέα δώρεις ἐπιτρέπων. ἦσαν δὲ οἰκέται πάνυ μοχθηροὶ, οἱ συναναστρεφόμενοι τοῖς θρασυτάτοις, ὅτι τὰς ἅλωνας παρὰ τῶν ἱερέων δεκάτας ἐλάμβανον βιαζόμενοι, καὶ τοὺς μὴ διδόντας οὐκ ἀπείχοντο τύπτειν. οὕτε ἀρχιερεῖς ὅμοια τοῖς ἐκείνου δούλοις ἔφρασον, μηδενὸς κωλύειν δυναμένου. καὶ τῶν ἱερέων τοὺς πάλαι τὰς δεκάτας ζημιοῦντας, τότε συνέβαινε θνήσκειν, ζοφερᾶς ἀπορίᾳ. πάλιν δὲ οἱ σικάριοι κατὰ τὴν ἑορτὴν, ἐπεισέρχει γὰρ αὕτη, διὰ νυκτὸς εἰς τὴν πόλιν παρελθόντες, συλλαμβάνουσι ζῶντα τὸν γραμματέα τοῦ στρατηγοῦντος Ἐλεαζάρου, παῖς ἦν ἔτι οὗτος τοῦ ἀρχιερέως, καὶ δήσαντες, ἐξήγαγον, εἶτα πέμψαντες πρὸς τὸν Ἀνανίαν, ἀπολύειν ἔφασαν τὸν γραμματέα πρὸς αὐτὸν, εἰ πείσοι τὸν Ἀλβῖνον δίκαια δεσμώτας τοὺς ἐξ αὐτῶν ληφθέντας, ἀπολύσαι. καὶ ὁ Ἀνανίας διὰ τὴν ἀνάγκην πείσας τὸν Ἀλβῖνον, τοῦ ἀξιώσεως ἐπέτυχεν. τοῦτο μειζόνων κακῶν ἦρξεν. οἱ γὰρ λῃσταὶ τούτων ἐπεμηχανῶντο τὴν Ἀνανίου παῖδα συλλαβεῖν οἰκείων, καὶ συνεχῶς ζωγρεῖντες οὐκ ἀπέλυον, πρὶν ἢ παῖς τὴν σικαρίων ἀπολάβοιεν. ἠθροίσθησάν τε πάλιν ἀριθμὸς οὐκ ὀλίγος, ἀναθαῤῥήσαντες τὴν χώραν ἅπασαν ἐπάγειν. καὶ τὸν

B

C

D

E

F

G

δὲ τὸν καιρὸν ὁ βασιλεὺς ἀγρίππας, μείζονα τοῦ φιλίππου καλουμένου καισάρειαν καταστήσας, εἰς τοῦ νέρωνος τιμὴν, νερωνιάδα ἐπωνόμασεν. καὶ θηρτίοις δὲ θέατρον ἀπὸ πολλῶν χρημάτων κατασκευάσμενον, ταῖς κατ' ἔτος ἡμέραις ἐθεώρειτο, πολλὰς εἰς τοῦτο μυριάδας ἀναλίσκων. σῖτον γὰρ ἐδίδου τῇ δή-

τῷ δήμῳ, καὶ ἔλαιον διένειμε, καὶ τὴν πᾶσαν τὴν πόλιν αὐ- A ei populo, & oleum viritim distribuit: totámque eam vrbem ornauit statuis passim dispositis atque expressis ad antiqua clarorum artificum archetypa imaginibus: & omnia penè sui regni ornamenta in eam ciuitatem transtulit: vnde magnam sibi apud subditos parauit inuidiam, quòd suos spolians externam vrbem excoleret. eodem rege iubente Iesus Gamalielis filius in summo pontificatu successit Iesu Damnei filio non libenter sibi cedenti, vnde natum est inter vtrumque dissidium. ascitis enim globis audacium iuuenum sæpè à conuitiis prorumpebant ad lapides. Sed inter alios eminebat Ananias ex amplis facultatibus largitione plurimos sibi concilians. Costobarus quoque & Saulus suam quisque circa se manum habebat sceleratorum hominum, orti genere regio, & propter Agrippæ cognationem fauorabiles, alioqui violenti & ad spoliandos infirmiores promptissimi. atque ex illo maximè tempore labare cœpit nostra respublica & indies in deterius ruere. Portò Albinus XVII.
audito Gessium Florum sibi successurum venire, videri volens gratificatus Hierosolymitanis ciuibus, productis vinctis, quotquot erant in manifestè capitali culpa iussit interimi: reliquos, qui leuioribus de causis coniecti erant in vincula, reductos in carcerem pecuniis mulctatos dimittebat alium post alium. atque in hunc modum vacuato vinctis carcere Iudæa repleta est latronibus. Interea Leuiticæ tribus homines quorum erat sacros hymnos in templo canere, adito rege induxerunt eum precibus, vt aduocato concilio decerneret eis vsum stolæ lineæ, quæ tum solis erat concessa sacerdotibus. hanc enim nouationem pertinere ad perpetuam ipsius regni memoriam. neque frustra fuit eorum postulatio. Rex enim de concilij sententia permisit hymnorum cantoribus, vt depositò priore habitu, lineum, vt voluerunt sumerent. Aliam etiá eiusdẽ tribus partem addictam templi ministeriis, ipsorum precibus motus permisit sacros hymnos canendos edíscere: quæ omnia fiebant contrà instituta legis patriæ, nunquam violatæ absque piaculo. Iam absolutum erat & templi ædificium. Populus igitur cùm videret esse in otio circiter octodecim opificum millia, solitorum hactenus in templo ex operatum mercedibus victum quærere, nolénsque sacram pecuniam repositam habere, nequando præda Romanis fieret, simúlque opificibus inde prouisum cupiens: quòd vel vna hora operato statim merces repræsentaretur: suasit regi, vt Orientalem instauraret porticum. ea templi extima claudebat profundæ valli & angustæ imminens, ac proinde subnixa muro quadringentos alto cubitos, saxis constructo quadratis valde candidis: erátque cuiusque saxi longitudo cubitorum viginti, sex verò altitudo: opus Solominis regis, qui primus integrum templum condidit. Rex autem cuius curæ Claudius Cæs. fabricam templi commiserat, reputans, quodcunque opus demoliri facilè, reparari difficilè, maximè talem porticum egentem & tempore longo & pecuniis plurimis, non annuit populi precibus: sed vrbem candido saxo consternere si liberet nos-

vetuit. Post hæc Iesu Gamalielis filio pontificatū abrogatum concedit Matthiæ Theophili filio, quo pontifice Iudaicum bellum habuit initiū.

XVIII. Conueniens videtur præsenti historiæ narrare de pontificibus, quæ origo eorum, & qui ad hunc honorem admittantur, & quot vsque ad finem eius belli fuerint. Primus igitur omnium hoc Dei sacerdotium gessisse fertur Moysis germanus Aaron pontifex: quo defuncto successisse mox filios, ac deinde illorum posteritati mansisse hunc honorem perpetuum. vnde consuetudo obtinuit accepta à maioribus, neminem Dei pontificem fieri nisi descendentem ab Aaronis sanguine, nec eam dignitatem concedi vel regibus oriundis alio genere. Fuerunt igitur vniuersi à primo Aarone vsque Phanatum, quem belli tempore seditiosi declarauerunt pontificem, LXXXIII. numero. horum XIII. præfuerunt sacris ab eo tempore quo primùm in deserto Moyses erexit Deo tabernaculum, vsque dum in Iudæam ventum est, vbi Deo templum ædificauit rex Solomon. nam à principio pontificibus non succedebatur nisi mortuis: deinde viuentibus etiam subrogari cœperunt alij. Itaque hi XIII. cùm essent duorum Aaronis filiorum posteri, per continuatas successiones hoc honore potiti sunt, sub his primò penes optimates administratio fuit reipublicæ, pòst ad monarchas, postremò ad reges transiit. ex quo autem die patres nostri ductu Moysis Agyptum sunt egressi, vsque ad templum à Solomone rege conditum, elapsi sunt anni DCXII. post XIII. illos pontifices alij XVIII. secuti sunt, à tempore Solomonis regis sibi succedentes, vsque dum Nabuchodonosor Babyloniorum rex contra nostram vrbem expeditione facta templum incendit, & translata tota gente Babylonem, Iosedecum quoque pontificem illò abduxit. horum pontificatus tempus CCCCLXVI. annorum fuit, mensium sex, dierum decem, rempub. Iudæorum gubernantibus regibus. post septuagesimum autem Babylonicæ captiuitatis annum Cyrus Persarum rex dimissis Babylone Iudæis, & reuersis in antiquam patriam permisit templum denuo condere, quando Iesus Iosedeci filius assumpsit summum sacerdotium. Hic & eius posteri quindecim vniuersi vsque ad regem Antiochum Eupatora statum reipublicæ popularem rexerunt per annos CCCCXIII. Cæterùm iam dictus Antiochus cum suo duce Lysia primus Oniam cognomento Menelaum apud Berytum vita simul priuauit, & sacerdotio, repulsóque à successione eius filio, Iacimum constituit summum pontificem, natum quidem ex Aaronis progenie, sed non ex eadem familia. quamobrem Onias defuncti Oniæ pontificis filius nomine patrem referens, in Ægyptum profectus & insinuatus in Ptolemæi Philometoris ac Cleopatræ eius coniugis amicitiam, persuasit eis, vt in Heliopolitica præfectura Deo templū instar Hierosolymitani extruerent. séq; illic pōtificē

A ἐπαύλυσεν. ἐπὶ τοῦτ᾽ ἦν τὰ τῶ γαμαλιήλου τὸ ἀρχιερατεύειν ἀφελόμενος, ἔδωκεν αὖ τὰ μαθθία τῷ θεοφίλου, καθ᾽ ὃν καὶ ὁ πρὸς ῥωμαίους πόλεμος ἰουδαίοις ἐλήφθη τὴν ἀρχήν. ἀναγκαῖον δ᾽ ἂν οἶμαι νομίζω καὶ τῆ ἱστορίᾳ ταύτη περιττὸν δηλῶσαι τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἱερεῦσι, πῶς τε ἀρξάμενοι, καὶ τίσιν ἔξεστιν τιμῆς ταύτης μεταλαμβάνειν, καὶ πόσοι γεγόνασι μέχρι τῆ πολέμου τελευτῆ. πρῶτον μὲν οὖν πάντων λέγουσιν ἀαρῶνα τὸν μωϋσέως ἀδελφὸν ἀρχιερατεῦσαι τῷ θεῷ. τελευτήσαντος δ᾽ ἐκεῖνον ἐκδέξασθαι τοὺς παῖδας διάδοχοι, καὶ ἀπ᾽ ἐκείνων τοῖς ἐκγόνοις αὐτῶν διαμεῖναι τὰ τιμὴν ἅπαντα. ὅθεν καὶ παρέστηκεν μηδένα τῶ θεοῦ τὴν ἀρχιερωσύνην λαμβάνειν, ἢ τὸν ἐξ αἵματος τῶ ἀαρῶνος, ἔτυχε δ᾽ ἡ γένους βασιλικοῦ ἂν τύχη τὰ ξένος τῆς ἀρχιερωσύνης. ἐγένοντο δὲ πάντες τὸν ἀριθμὸν, ἀπὸ ἀαρῶνος ὡς ἔφαμεν ἐπὶ φανάσου τὸν ἡγούμενον μέχρι φανάσου τῶ καθ᾽ ἡμᾶς πολέμου τοῦ στασιαζῶν αὐτῶν εἷς ἕκαστος ἀρχιερέως ἔργα καὶ ἐνδοκιμοῦντα. ἐκ τούτων καθ᾽ ἃ τὸν ἔρημον ὅτε τῆ μωϋσέως χρόνων τῆς συμπάσης ἐστάσης, ἕως μωϋσῆς τῆ θεῷ κατεσκεύασε, μέχρι τῆς εἰς ἰουδαίαν ἀφίξεως, ἔνθα σολομῶν ὁ βασιλεὺς τῆ θεῷ τὸν ναὸν ᾠκοδόμησεν, ἀρχιερεῖς τοσοῦτοι ἔγενοντο τὸν πάντα. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἕως τῆς τῶ βίου τελευτῆς τὰς ἀρχιερωσύνας εἶχον, ὕστερον δὲ, καὶ ὡς ἐπὶ ζώντων διεδέχοντο. οἱ τοίνυν ἔκγονα τῆ δύο παίδων ἀαρῶνος ὄντες ἔσχον κατὰ διαδοχὴν τὸ τιμὴν παρελαμβανον. ἐγένετο δὲ αὐτῶν ἀειγενεσκοπικὴ μὲν ἡ πρώτη πολιτεία, μετὰ ταύτην δὲ μοναρχία βασιλέων δὲ ἔσχατα γένεται τὴν ἐπὶ τῆ ἀριθμὸς ὧν ἦρξαν οἱ ἔκγονα, ἀφ᾽ ἧς ἡμέρας οἱ πατέρες ἡμῶν ἐξέλιπον αἴγυπτον, μωϋσέως ἄρχοντος μέχρι τῆς τῶ ναοῦ κατασκαφῆς, ὃν σολομῶν ὁ βασιλεὺς ἐν ἱεροσολύμοις ᾠκοδόμησεν ἔτη δυοκαίδεκα πρὸς τοῖς ἑξακοσίοις. μετὰ δὲ τοὺς τεσσαράκοντα ἀρχιερεῖς ἑπτὰ, δέκα καὶ ὀκτὼ τὸν ἀρχιερωσύνην ἔσχον, ἀπὸ σολομῶν βασιλέως ἐν ἱεροσολύμοις αὐτὸν διαδεξάμενοι, μέχρι οὗ ναβουχοδονόσορ ὁ τῆ βαβυλωνίων βασιλεὺς ἐπιστρατεύσας τῇ πόλει, τὸν μὲν ναὸν ἐνέπρησε, τὸ δὲ ἔθνος ἅπαν εἰς βαβυλῶνα μετοικίσας, καὶ τὸν ἀρχιερέα ἰωσεδέκην αἰχμάλωτον ἔλαβε. τούτων χρόνος τῆς ἱερωσύνης τεσσαράκοντα ἑξήκοντα ἑξ ἐτῶν ὄντι, μείωσιν ἕξ, ἡμερῶν δέκα, ἐπὶ βασιλευομένων ἰουδαίων. μετὰ δὲ χρόνον ἐτῶν ἀλώσεως ἑβδομήκοντα τῆς κατὰ τῆ βαβυλωνίων ἡγουμένης πύρος ὁ περσῶν βασιλεὺς ἀπέλυσε τοὺς ἐκ βαβυλῶνος ἰουδαίους ἔτη τῷ οἰκείαν γῆν πάλιν, καὶ συνεχώρησε τὸν ναὸν ἀναγεῖραι. τότ᾽ δὲ τῆ ἐπιφανέντων αἰχμαλώτων ἐν αὐτοῖς ὁ τῆ ἰωσεδέκ, τῷ ἀρχιερωσύνην λαμβάνει. οὗτος δὲ καὶ οἱ ἔκγονοι αὐτῷ, πεντεκαίδεκα ἅπαντες, μέχρι βασιλέως ἀντιόχου τῆ δι᾽ πάτορος ἐπολιτεύσατο δημοκρατικῶς ἔτη πεντακόσια δεκατέσσαρα. πρῶτος δὲ αὐτίοχος ὁ ἐπιφανὴς ὁ, καὶ ὁ στρατηγὸς αὐτῷ λυσίας, τὸν ὀνίαν τὸν μενέλαον ἀποκτείναντι τῆς ἀρχιερωσύνης, αὐτὸν τε βερυτίᾳ, καὶ τὸν παῖδα τῆς ἀλκίμου ἀπολέσαντες καθίστων ἄκυρον ἀρχιερέα γένους μὲν τῆ ἀαρών, οὐκ ὄντα δὲ ἐκ οἰκίας ταύτης. ἐλθὼν δὲ καὶ ὁ αἰνείας ὁ τῆ ἐλεαζαροπούλου ὀνίου ἀδελφὸς ὁμώνυμος τοῦ πρὸ αὐτοῦ γεγονότος εἰς αἴγυπτον, καὶ δεῖ φιλίας ἀφικόμενος πολεμαίῳ τῆ φιλομήτορι καὶ πλειστάρχῃ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, πείθει τούτους καὶ τὴν ἡλιοπολίτην νόμον δημαρέτους τοῦ θεοῦ ναὸν ἀνεγείρειν τοῦ ἐν ἱεροσολύμοις αὐτῷ ἀρχιερέα κατα-

καταστῆσαι. ἀλλὰ θεὸς μὲν τὸν ἱερέα τὸν κατασκευάσαντα τὸν
οἶκον ἀεὶ ὑπερεῖδε, πολλάκις δὲ ἐδήλωσαμεν. ὁ γὰρ ἀδικώμενος ἐπὶ
ξίαν τὴν ἀρχιερωσύνην κατεχώρισεν. ἐδιδάξατο
γὰρ ἄλλους αὐτὴν, ἀλλὰ διετέλουσεν ἡ πόλις ἐναυλίους ἐπὶ
χωρίοις ἀρχιερέως οὔσα. πάλιν γὰρ οἱ τῶν ἀσαμωναίου παί-
δων ἔκγονοι, τὴν θεοκρασίαν τῶν ἐθνῶν πιστευθέντες, καὶ πο-
λεμήσαντες μακεδόσιν, ἰωνάθην ἀρχιερέα κατέστησαν,
ὃς ἦρξεν ἐναυσίους ἐπὶ ἀ. τελευτήσαντος γὰρ ἐξ ὑποβου-
λῆς αὐτοῦ, καὶ ἐνέδρας τοῦ ὑοῦ φόνου μηχανησάντος
ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ἀμφοτέρων ἐπιβουλευθέντων, ἐδιδάξατο
παῖς ὑρκανὸς ὄνομα. ὃν καταχώρισε τὴν ἱερωσύνην πλείο-
να τοῦ ἀδελφοῦ χρόνον ἐναυτὸν ἔχειν καὶ ἔτος τὸν ἕνα
μῆνας ὑρκανὸς ὑπολαύσας τελευτᾷ γηραιὸς, ἰούδᾳ τῷ
καὶ ἀριστοβούλῳ καταλιπών.
κληρονομεῖ δὲ καὶ τοῦτον, ἀδελφὸς, ὑοῦ νόσου μὲν
τελευτήσαντα, τὴν ἱερωσύνην δὲ καταχόντα μετὰ
βασιλείας. καὶ γὰρ διάδημα περιέθετο φοίνικος ἰούδας
ἐναυτὸν ὤν. βασιλεύσας δὲ ὁ ἀλέξανδρος καὶ ἱερατεύσας ἔτη εἰκοσιπτὰ, καταφέρει τὸν βίον, ἀλε-
ξάνδρᾳ τῇ γυναικὶ καταστήσας τὸν ἀρχιερατευσό-
μενον ὑπεξέφας. ἡ δὲ τὴν μὲν ἀρχιερωσύνην ὑρκα-
νῷ δίδωσι, αὐτὴ δὲ τὴν βασιλείαν ἐνέα ἔτη κατα-
σχοῦσα, τελευτᾷ τὸν βίον. τὸν ἴσον δὲ χρόνον τὴν ἀρ-
χιερωσύνην ὁ παῖς αὐτῆς ὑρκανὸς ἔσχεν. μετὰ γὰρ τὸν
θάνατον αὐτῆς πολεμήσας θεσὶς αὐτὸν ὁ ἀδελφὸς ἀ-
ριστόβουλος, καὶ νικήσας, ἀφαιρεῖται μὲν ἐκεῖνον τὴν
ἀρχὴν, αὐτὸς δὲ ἐβασίλευσε, καὶ ἱερατεύσε τῷ ἔθ-
νους. ἔτει δὲ ἕκτῳ τῆς βασιλείας, καὶ θεσὶς ὑπὸ τοῖς ἴ-
σοις πομπηΐου ἐλθὼν, καὶ τὴν τῷ ἱεροσολυμίτῃ πόλιν καὶ κράτος ἑλὼν, αὐτὸν μὲν εἰς ῥώμην μετὰ τῶν τέ-
κνων δήσας ἔπεμψε. τῷ δὲ ὑρκανῷ πάλιν τὴν ἀρχιε-
ρωσύνην ἀποδοὺς, τὴν μὲν τῶν ἐθνους θεοκρασίαν ἐπέ-
τρεψε, διάδημα δὲ φορεῖν ἐκώλυσεν. ἦρξε δὲ θεὸς
τοῖς ἐνέα τοῖς ὁρώτοις ὑρκανὸς τέσσαρα καὶ εἰκοσι.
βαρζαφάρνης δὲ, καὶ πάκορος, ἱππαρθυμνῆς δυνάσαι,
διαβάντες τὸν εὐφράτην, καὶ πολεμήσαντες ὑρκανῷ,
αὐτὸν μὲν ζωγρίᾳ παρέλαβον, τῷ ἀριστοβούλου δὲ υἱὸν
ἀντίγονον, κατέστησαν βασιλέα. ἔτη δὲ ἦν, καὶ ἓξ μῆ-
νας ἄρξαντα τοῦτον, σύστιός τε καὶ ἡρῴδης ἐξεπολιόρ-
κησαν, αὐτοκράτορι δὲ ἀνέθεσαν εἰς τὴν αὐτόχειαν ἀνα-
χθέντα. τὴν δὲ βασιλείαν ἡρῴδης ἔδωκε ῥωμαίων
ἰσχυρισθείς, οὐκέτι τοῖς ἐκ τοῦ ἀσαμωναίου γένους κα-
θίστασθαι ἀρχιερεῖς, ἀλλὰ ποίους ἀσήμους, καὶ μόνον ἐξ ἱε-
ρέων ὄντας, πλὴν ἑνὸς ἀριστοβούλου τοῦ πεμπτου ἀπόντος. τοῦ δὲ
ἀριστοβούλου ὑρκανοῦ τοῦ ὑοῦ παῖδων ληφθέντος ἔτι
ὄντα κατασήσας ἀρχιερέα, τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ συνῴκησε
μαριάμμῃ τὴν τοῦ πλήθους θεὸς ἑαυτὸν ἀνεγείρων
δύναμιν, διὰ τοῦ ὑρκανοῦ μνήμην. εἶτα φοβηθεὶς μὴ θεὸς
τὸν ἀριστόβουλον πάντως ἀποκλίνωσιν, ἀπέκτεινε αὐτὸν
ἐν ἱεριχοῖ πυγμῇ μηχανησάμενος κολυμβῶντα, καὶ
θεὸς ἤδη ἀδηλώσαμεν. μετὰ τοῦτον ὑπὲρ τοῖς ἐκγόνοις
τῆς ἀσαμοναίου παίδων τὴν ἀρχιερωσύνην ἐπέσυ-
σεν. ἔσχεν δὲ ὅμοια τῇ ἡρῴδῃ θεὸς τὰ καταστάσαντα τῆς ἱερέων, ἀρχέλαός τε ὁ παῖς αὐτοῦ, καὶ μετὰ τοῦτον τὴν
ἀρχὴν ῥωμαῖοι τῆς ἰουδαίων διαλαβόντες. εἰσὶν οὖν οἱ ἀπὸ τῆς ἡρῴδου χρόνων ἀρχιερατεύσαντες, μέ-
χρι τῆς ἡμέρας ἧς εἰς τὸν ναὸν, καὶ τὴν πόλιν τοῦτον ἐλθὼν ἐπυρπόλησεν, οἱ πάντες εἰκοσιπτὰ. χρόνον
δὲ τούτων ἔτη θεὸς τοῖς ἑκατὸν ἐπτά. καὶ πῶς ἡμῖν ἐπολιτεύσαντο ἀπὸ τε ἡρῴδου βασιλεύοντος,

A constituerent: de quo templo sæpe aliàs diximus. Iacimus autem triennio in pontificatu exacto mortuus neminem successorem habuit, sed per septennium sine pontifice mansit ciuitas. Dein postquam Assamonæorum familiæ principatus nostræ gentis est creditus, rebellantes Macedonibus Ionatham creauerunt summum pontificem, qui septennio toto præfuit. quo per insidias Tryphonis sublato è viuis, fra-
B ter eius Simon obtinuit id sacerdotium. cui dolo generi oppresso inter epulas, filius Hyrcanus in honore successit. eum cùm per vnum & trigenta annos gessisset, iam decrepitus successori Iudæ reliquit suo filio, qui alio nomine Aristobulus est dictus. huic frater hæresi fuit tam regni quàm sacerdotij, postquam ille sumpto tum primùm diademate vnum annum vtraque dignitate potitus est. Is nomine Alexander & ipse regnum coniungens pontificatui cum viginti septem annis præfuisset re-
C bus Iudaicis. moriens Alexandræ vxori permisit deligendi pontificis arbitrium. illa Hyrcano id addixit, exactóque in regia potestate nouennio è viuis excessit: quo toto tempore Hyrcanus eius filius pontificatum tenuit. nam post matris obitum Aristobulus frater moto bello victum pontificem ad priuatam vitam redegit, & sibi ipse regnum simul vsurpauit ac sacerdotium: exactisque in vtraque di-
D gnitate tribus annis, & totidem mensibus, cum superueniens Pompeius vi cepisset Hierosolyma, à victore vinctus Romam missus est cum liberis: & Hyrcanus restitutus in pontificatum, principatum quoque suæ gentis accepit, sed absque diademate: prætérque priores illos nouem, per alios xxiii. annos summum sacerdotium obtinuit. Post quos cópletos Barzapharnes & Pacorus dynastæ Parthorum traiecto Euphrate bellum Hyrcano inferunt, eóque vi-
E uo abducto Aristobuli filium Antigonum regem constituunt, qui post tres annos & totidem menses expugnatus ab Herode & Sosio, apud Antiochiam iussu Antonij dedit supplicium. Herodes autem accepto à Romanis regno non amplius ex Asamonæo genere creauit pontifices, sed eum honorem quibusuis ex sacerdotum ordine concessit etiam obscuris, absque vno Aristobulo. hunc enim Hyrcani à Parthis capti nepotem, & Mariamnes suæ
F vxoris fratrem, ob fauorem populi, & Hyrcani aui memoriam summo sacerdotio dignatus est. deinde veritus ne omnes in illũ essent propensiores, apud Hierichuntem arte necauit natantem in piscina, vt suprà diximus: neque postea vlli ex Asamonæorum posteritate hoc sacerdotium committere voluit. idem fecit in ordinandis pontificibus Archelaus eius filius: & Romani, qui post illum cum potestate præfuerunt prouinciæ. Sunt igitur, qui ab
G Herodis principatu vsque in diem qua templũ & vrbs incendente Tito conflagrauit pontificatum gesserunt, in vniuersum numero viginti octo: tempúsque eorũ sacerdotij centũ anni, & septẽ insuper: quorũ aliqui sub Herode fuerũt,

& Archelao eius filio: defunctis autem his penes optimates fuit respublica, collocatis in eius fastigio pontificibus: de quibus hactenus dixisse sufficit.

Cap. IX.

Quamodo Florus Albini successor tantis Iudæos affecerit iniuriis, vt coacti sint arma sumere.

GEssius autem Florus Albino successor à Nerone missus plurimis Iudæos repleuit calamitatibus. is Clazomenus erat genere, adduxítque secum Cleopatram coniugem non minus improbam, per quam, vt Poppeæ Augustæ amicam, Iudææ administrationem impetrauerat: adeò verò potestate violenter abusus est, vt Albinum Iudæi desiderarent quasi beneficum. nam ille quantum poterat clàm erat malus & nocens: Florus contrà quasi ad ostentandam missus malitiam, publicè traducebat nostræ gentis iniurias, nihil sibi ad summam in rapinis & suppliciis iniquitatem reliquum faciens. erat enim inflexibilis ad misericordiam, nullis vnquam lucris satiabilis, vndecunque parua æquè captans ac magna, vt etiam latronum esset particeps. multi enim illum quæstum exercebant de incolumitate, quam ab eo redimebant decisis prædarum partibus: adeóque nullus erat iniuriarum, vel modus, vel finis, vt miseri Iudæi non ferentes rapacem latronum insolentiam cogerentur latibus relictis & patriis ceremoniis, ad exteros fugere, iudicantes vbiuis etiam apud Barbaros se viuere posse commodiùs. Et quid multis verbis opus est? Bellum contra Romanos suscipere solus Florus nos compulit, malens semel vniuersos quàm paulatim perdere. Itaque secundo anno postquam is venit procurator in prouinciam, duodecimo verò Neronis imperij, bellum id cœptum est: quo tempore quanta vel coacti fecimus, vel perpessi sustinuimus, exactè cognoscere poterunt, qui dignabuntur legere libros à nobis conscriptos de bello Iudaico. atque hic dicendi finem faciam de antiquitatibus, quas belli argumentum sequitur. Præsentis autem operis textus continet totum illud tempus inter primam creationem hominis & annum Neronis principis duodecimum: quæque per tot secula Iudæis, vel in Ægypto obuenerunt, vel in Palæstina cæteráque Syria, tum quas clades ab Assyriis & Babyloniis accepimus, quóve modo tractati simus à Persis & Macedonibus, & postremò à Romano populo. his enim omnibus accuratè descriptis, etiam pontificum successiones recensuimus, continuatas per annorum duo millia. pari diligentia regum quoque res ordine tradidimus, & status reipublicæ monarcharúmque potentiam, per omnia secuti autoritatem sacrorum voluminum, ita vt à principio sumus polliciti. ausímque addere quod nemo alius scriptor Iudæus, externúsve potuisset hoc argumentum tanta fide Græcis hominibus prodere. ego enim tribuliũ meorum cõfessione disciplinas egregiè calleo,

καὶ ὑπὸ ἀρχελάου τοῦ παιδὸς αὐτοῦ. μετὰ δὲ τούτων τελευτὴν, ἀριστοκρατία μὲν ἐπὶ πολὺ ἡ πολιτεία, τὴν δὲ προστασίαν τοῦ ἔθνους οἱ ἀρχιερεῖς ἐπίστευντο. ταῦτα μὲν οὖν τῶν ἀρχιερέων ἱκανὰ ταῦτα.

Κεφάλαιον θ'.

